bis acciderit. deducēdo q̄ntū possum⁹ rē ipsā in ꝯmiseratōez
In tercia ꝟo et vltia. petem⁹ vł auxiliū vł ꝯsolatiōez rebus
nr̄is. dicētes nos multū sperare in ipo amico. et rogātes qd
talis spes nō decipiat nos. simulqꝫ offerētes eidē amico om
nem opaz nr̄am libenter accomodatā. Propositio.

Lamentet. Cicero apd Seruiū Sulpitiū de morte Tullie
filie sue. Exemplum pars i.

Vellem Serui carissime. vt in tam acerbo ac graui casu q̄
me dieb⁹ istis efflixit. tu etiā inter ceteros amicos mihi affuis
ses. sum eñ certissim⁹. qd nō solū eque doluisses. ꝟ etiā in le=
uando dolore meo nō modicū ꝓfuisses. Qd qꝛ locoꝝ ac tē=
porum interuallo impediente. effici nō potuit. dabo tñ opaz
vt saltē ꝑ lr̄as illd significare possim. qd me dieb⁹ istis ma=
le habȝ. in eo amore ac beniuolentia nr̄a ꝯfides q̄ a teneris
annis vna cū etate creuit. qd sortē istā meam. vt bonū amicū
decet. tibi iudicabis esse ꝯmūez. ij Scis Serui amātissime
in hac reip. nr̄e oppssione. q̄t et quātis calamitatib⁹ fueri⁹ af
fecti. ita vt ꝑ beatos illos existimare soliti sumus. q̄ sine aliq̄
magno malo vitā cū morte ꝯmutauere. ꝟ tñ in oīb⁹ his mi
serijs. vnā tantū ꝯsolationē capiebā. q̄ mihi relicta erat filie
scȝ mee dulcissime ꝯfabultionem. que facile oīs a me curas
penitus amouebat. sed nūc eo magis in lachrimis et luctu ta
besco. quo crudelior in me fuit inuida mors que tali me ob=
lectatione priuauit. mortua est spes mea consolatio mea. vi=
ta mea. in qua omnes alios merores facile deponebam. nec
scio quam debeam. in hoc miserando casu consolationem re
cipere. nisi ad te confugiam. qui oīm dolorum meoruȝ leua=
mē existis. iij Hec igitur ad te scribo. nō tñ vt mecum
doleas. qd bonū amicū decet. sed vt ꝑ litteras studeas hunc

dolorē meū ſi nō penitꝰ tollere. aliquantulū ſaltē leuarē cū
ꝑcipue hoc a te ſolū expectē. q̄ etiā ceteras calamitates meas
tua ſoles prudētia remouere. cui ego me totū trado et dedo

Lamentatoria ꝓ exilio Uale

Lamentatoria epl'a ꝓ exilio ē illa q̄ ad aliquē amicū ſcribit
apud quē lamentari volumꝰ de exilio nr̄o. cuiꝰ eple talis ē

Regula regula.

Si lamentatoriā epl'aꝫ ꝓ exilio ad aliquē amicū ſcribere vo-
luerimꝰ. a q̄ ſperemꝰ ꝯſeq̄ aut auxiliū in reſtitutōe nr̄a aut
ꝯſiliū. vl' ꝯſolationē. ipaꝫ epl'aꝫ ſil'r in ptes tres diuidēꝰ In
quaꝝ pma eodē mō beniuolentiā captabimꝰ ab ea pſona ad
quā ſcribimꝰ. demr̄antes qđ maxie ꝯfidamꝰ in amore ac be-
niuolentia ſua. qđ omēꝫ iſtā fortunā exiſtiabit ſibi eē ꝯmunē
In ſcđa vero pmū demr̄abimꝰ bn̄ficia q̄ intulerīꝰ in patriā
vel bonitatē nr̄am ſine arrogātia. vt intelligat amicꝰ. non
nr̄a culpa veniſſe in exiliū. oñdemꝰ deinde cuiꝰ culpa fctm̄ ſit
vt tale exiliū patiamur. deducēdo rem omnē in aliquos ad-
uerſarios q̄s in odiū conabimur adducere demr̄antes eorū
ingratitudinē ⁊ iniq̄tatē. demū oñdemꝰ nos in iuſticia et eq̄-
tate ꝯfidere. qđ aliqñ etiā in priaꝫ reſtituemur. fracta neq̄tia
aduerſarioꝝ nr̄oꝝ. In tcia aūt et vltia. petēꝰ illđ auxiliū. vl'
ꝯſiliū. aut ꝯſolatoꝫ quā petere intendimꝰ ꝯmēdātes noſmet
ipſos ipi amico. ad quē ſcribimꝰ. cui etiā nos et omnia bona
nr̄a q̄libentiſſime offeremus. Propoſitio

Lamentet Cicero apud Lentulū de exilio ſuo. qđ ꝓpt odiū
clodij patitur. Exemplum. pars i.

In omnibus calamitatibꝰ meis ſemꝑ ſolitus ſum mi Len-
tule ad amicos meos confugere. quoꝝ vel opa vl' ꝯſolatiōe
ſubleuatus. poſſim aliquantulū reſpirare Nō cū te nō ami-
cum mihi ſolū exiſtimē. ſed etiā amiciſſimuꝫ. q̄ ſꝑ vtramq
fortunā meam tibi iudicaſti eſſe cōmunē. ſtatui ꝑ has ad te
lr̄as. q̄d mihi diebꝰ iſtis euenerit ſcribē. vt ꝯſilio ⁊ ope tuo
adiutꝰ. ⁊ ꝯſolationē ⁊ remediū etiā i tātis malis inueniā. ij

Scis lentule carissime .q̄tū sp ꝓ reip dignitate fuāda ela=
borauerim ita vt nō opes solū libēter exposueri. ꝟ et sangui
nez ipm dū ei possem aliq̄d vtilitatis afferre. nec min⁹ etiaȝ
ab ea sum adiut⁹. eleuat⁹ cōseruat⁹. Sȝ maliuoloꝝ neq̄tia
q̄ nullū pōt bonū sustinē me adeo ipediuit. vt q̄cq̄d in rē pu
cōtuleri. illō totū vnico die ꝑdideri. Insurrexerit in me clo=
dius vir iniq̄ssim⁹. q̄ licet multa a me quondā bn̄ficia susce=
perit. igratudine tn̄ cec⁹ meritoꝝ oblit⁹. et me penit⁹ pessun=
daret pluria ē figmēta machinat⁹. q̄ apud populū ꝓ ɔtione
deducēs illisq̧ deductꝪ nefarijs q̄busdā testib⁹ fidē faciēs me
miseꝝ ac innocētē ciuē ex p̄ria pepulit. qd me tanto dolore
affecit. vt penit⁹ vitā mihi acerbā putē. iij Et ꝑfecto do=
lori subcūbere cogerer nisi hec vna spes me solaret. qꝛ spero
q̄nq̧ futuꝝ. vt ifiringat̄ maloꝝ iniq̄tas. et ego a tātis tandē
malis emergere possim. qd vt facili⁹ et citi⁹ eueniat. peto a
te ɔsiliū. auxiliū et opē tu eīn potes mihi adeo opitulari. vt
mihi nihil sit ꝑterea req̄rendū cui ego oīa mea bona domum
familiā. meq̧ in primis ipm ɔmēdo .trado et dedo. Uale.

Consolatoriū genus. caput octauū.

Consolatoriū gen⁹ est illō qd fit ꝓ alicui⁹ mali solamīe
qd cū ab amico ꝑ lr̄as vl' ꝑ nūciū intelleximus. ꝯcupim⁹ ipm
ɔsolari. et hui⁹ generis spēs sunt tres. Una scȝ ꝓ in iuria. al
tera ꝓ re ꝑdita. tercia vo pro exilio.

Consolatoria.

Pro iniuria	Pro re ꝑdita	Pro exilio

Consolatoria ep̄la pro iniuria suscepta est illa .que ad ali=
quem amicū scribitur. quem consolari volum⁹ ꝓ iniuria
q̄ ab aliquo passus sit. deducētes ipm in vindicte vel reme=
dij spem et huius epistole talis est regula.

Regula.

Si consolatoriā ep̄laȝ ꝓ iniuria suscepta ad aliqueȝ amicū
scribere voluerim⁹. quem ɔsolari intendimus ꝓ ea iniuria

qua fuerit ab aliquo affectꝰ. ipam in tres ptes diuidemus
In quaꝝ pma que solet a nobis epitasis apellari declarabi-
mus esse q̄tum nobis molestū fuerit intellexisse iniuriā illā
q̄ iste amicꝰ nr̄ fuerit grauatꝰ et sil̄r declarabimꝰ amorē et be
niuolentiā q̄ in illū afficiamur. ꝓpter quā simꝰ coacti ad oēz
fortunā ꝯmunē existimandā. In scda vo q̄ a nobis Cata-
strophe dicit̄ demr̄abimꝰ qd ꝓpter hoc nō sit dolendū. cū pre-
cipue ipe fuerit offensꝰ ab hoie nulliꝰ pcij. et in hoc loco be-
niuolentiā captabimꝰ a psona aduersarij. deducēdo ipm in
odiū. et domr̄ando iniq̄tatem eiꝰ. et dicendo qd huiuscemōi
viroꝝ iniurie nō sint existimāde. q2 defacili postea supantur
et sil̄r demr̄abimꝰ in hoc loco q̄tū sit sperādū. qd fracta istiꝰ
aduersarij neq̄tia tandē ipe amicꝰ. ad quē scribiꝰ: sit pstinā
dignitatē ꝯsecuturꝰ In tcia aūt et vltia. conabimur ipsum
amicum ꝯsolari ꝓmittētes ei opaꝫ nuq̄ defuturā. dum ipse
possit oēz dignitatē suā vendicare. Propositio
Consolet̄ appiuz: Cesar. p iniuria q̄ fuit in senatu affectus
a Cicerone

Exemplum pars i.

Accepi tuas lr̄as Appi carissime. que mihi profecto tantam
mesticiam attulere. quantam requirebat amor singularis
et beniuolentia illa qua ab ineunte etate in te affectus sum
ex his enī intellexi. quam nequiter fueris a Cicerone impeti
tus. ita vt in causa tua forensi. que tibi erat cum aduersa-
rio corā senatu agēda. contra omnē iusticiā et equitatem
victoriam amiseris. quod cum primum sentirem. non pote-
ram hoc mihi psuadere. q2 sp intellexerā te multa beneficia
in Ciceronem contulisse. ex quibus ipse tibi omnium iudicio
deditus erit. vn̄ nō cadebat in alicuius opinionē. vt te offēde
re possz. Sz postq̄ eiꝰ iniq̄tatē ex tuis lr̄is pcepi. non potui
nō suope dolore. tua psertim cā. cuiꝰ ego existimo omnem
mihi fortunā esse cōmunem Cū aūt ꝯsidero eiꝰ (q̄ te offen-
dit malignitatem) que illi potiꝰ. q̄ tibi. tandē et dedecori et
Ci

dāno futura ē. nō mediocrē in hoc dolore capio ꝯsolationē3 ille eñ cū primū tāta in te cognit⁹ fuerit vsus in gratitudine in oīm ꝯspectū ꝑploꝝ erit fabula nota tu aūt ꝓ tua equitate et iusticia. q̄ diu oppssa esse nō pōt. cū victoria gl'osu3 triūphū acquires ıt̄ȷ Quē vt citi⁹ ꝯseq̄ possis. dabo p̄mū opam vt in tuū si potero fauorem illū deducam. sin min⁹ fiet. non tibi opib⁹ studio. fauore. mente deniq3 vnq3 deero. vt possis optatū tnū q3 felicissime ꝯseq̄. cui me etiā ip̄m totū trado ꝯmēdo et dedo. Uale. Consolatoria ꝓ re ꝑdita

Consolatoria ep'la ꝓ re ꝑdita. ē illa q̄ ad aliquē amicū scribit. quē ꝯsolari volum⁹. aut ꝓ amissione substantie. aut ꝓ amissione alicui⁹ ꝑsone. q̄ mortua sit. vl' ꝓ ꝑditione dignitatis. cui⁹ ep'le talis est regula. Regula

Si ꝯsolatoriā ep'la3 ꝓ re ꝑdita. ad aliquē scribere voluerimus q̄ vl' suba3 suā amiserit. vl' aliq3 ꝑsonā ꝑdiderit. q̄ mortua sit aut forte dignitatē suā ꝓpter maliuoloꝝ inuidiā amiserit illam sil'r in tres ꝑtes diuidem⁹. In quaꝝ p̄ma. q̄ sil'r epitasis appellat' declarabim⁹ q3tū dolorē ꝑpessi fuerim⁹. cū talē fortunā vl' casu3 ipsi⁹ amici intellexerim⁹. quē nr̄m proprium existimauim⁹ ꝓpter amorē et beniuolētiā. qua in ip̄m afficimur. et in hoc loco conabimur ip̄m dolorē augere q3tū possū⁹ In scd̄a v̄o q̄ sil'r catastrophe ē appellata. ꝯuertem⁹ oē3 oro3 nr̄am ad ꝯsolationē. ostendendo duas. tres. aut plures rationes ꝓpter q̄s ꝓhem⁹ nō esse dolendū. ⁊ sic ꝯcludē⁹ ip̄m amicū debere oē3 mesticiā relinq̄re et ꝯsolationē ex hac re cape. In tercia aūt et vltima conabimur deducere amicū ad quē scribim⁹ i aliquā spē. q̄d sc3 oīa ista mala sint futura meliora sil'q3 illi offerem⁹ oē3 opa3 nr̄a3 libētissime. ꝑatam dū possi⁹ ei eē ꝯsolatiōi et vtilitati. Propositio.

Consolet' Seruius sulpitius Ciceronē. q̄ in luctu constitutus est. ꝓpter obitum tullie filie sue.

Exemplum pars I.

Ingemui ꝓtinus. M tulli. et dolore affectus lachrimas con

tinere nequiui cū p̄mū ex lr̄is tuis tristem de obitu filie tue̅
nūcciuꝫ accepi.cogit em̄ me amicicia nostra.mutuaq₃ beniuo
lentia.que a tenellis annis cum etate crescens.iā me edocuit
amicoꝝ casus ꝯmūes existimare.Jam em̄ cogitatione ꝯci:
pere mihi videoꝛ.cuiusmōi gladiꝰ paterna viscera torqueat
q̄bꝰ cogitationibꝰ immature amisse filie desideriū coꝛ laceret
atq₃ vexet.vñ efficiat vt nihil tibi reliquū sit.nisi vt lachꝛimis
et luctu thabescas. ij Sꝫ qꝛ nō sp̄ merendū est ac doloꝛe
succūbēdū p̄inde atꝫ nulla relicta sit rō. q̄ molestiā ac meroꝛē
istam leuare possit.non sum alienum arbitratus.si q̄d ad te
scribere tentem.qñ coꝛā loquendi non dat̄ copia.vt te in taꝫ
acerbo luctu versantem.et p̄ dolore minꝰ viā rectam ꝓspi:
cientem.et exhoꝛtari aliquantulum queā.et eo vñ ab erratū
est reducam Quid queso ē qd̄ tantope doleas.merore affici
aris.filia tua moꝛtua ē qꝛ moꝛtalis erat ea lege in initio ꝓ:
creata ꝛ geīta natura nāq₃ nata.natura q₃ exticta ē.nō ergo
miꝝ tibi videri debꝫ si qd̄ semel natū effloꝛuit.rursū id ipsuꝫ
defloꝛuerit et inf moꝛtuū sit.Doloꝛē itaq₃ tuū mitiga.ꝛ bōis
rōibus innixꝰ aliena.oñde te viꝝ.explica pꝛudentiā tuā v̄:
tute nūc opꝰ ē Sic intelligāt hij.q̄ te nō viderūt.te talē esse
quē nos.qui te nouimꝰ p̄dicamꝰ.Uidimꝰ em̄ aliq̄n scd̄aꝫ te
pulcherrime tulisse foꝛtunā.fac q₃ itelligāꝰ.aduersā te q₃ eqꝫ
ferre posse ne ex oībꝰ v̄tutibꝰ hec vna tibi deesse videat. iij
Hec ad te scripsi marce tulli nō qd̄ his te egere existiarē no:
ui em̄ modestiā et pꝛudentiā tuā.ꝭ feci cū officij mei grā.tum
v̄o vt q̄ti te faciā.facile itelligere posses cui etiā oēm opam
meā offero i oībꝰ votꝭ tuis q̄libentissime patā.dū tibi ꝛ tuis
Consolatoꝛia ꝓ exilio ꝓdesse possī Uale
Consolatoꝛia ep̄la ē illa q̄ ad aliquē amicū scribit.quē ꝯsola
ri volūꝰ.ꝓ exilio suo in q̄ ꝯstitutꝰ sit.ꝓpter inimicoꝝ mali:
uolentiā.cuiꝰ ep̄le talis ē regula Regula
Si ꝯsolatoꝛiā ep̄laꝫ ꝓ exilio.ad aliquē amicū scribere volu
erimus quem ꝯsolari intendimꝰ ꝓ exilio suo.in q̄ ꝯstitutus

sit ꝓpter iniquitatem et odiū inimicoꝝ suoꝝ. Illā siľr in tres diuidem⁹ ptes In quaꝝ pma .q̄ siľr epitasis appellat᷑. decla rabim⁹. quātū dolorē recepim⁹ cū pmū intellexerim⁹ talem fortunā ipi⁹ amici. ad quē scribim⁹ quā siľr dicem⁹ existiare nobis esse ꝯmunē. ꝓpter amorē et beniuolentiā. qua in ipm amicū sumus effecti In scđa vo captabim⁹ pmū beniuolen- tiaȝ ab ea psona. ad quā scribim⁹. laudātes ipaȝ ab omi ꝓbi tate et vtute. deinde captabim⁹ beniuolentiā a psona aduer sarioꝝ. deducendo ipos in odiū et declarando qualit᷑ iste ami cus nr̄ nō ꝓpter suā culpā. ſ tm̄ ꝓpter inimicoꝝ inuidiā sit a sua patria depulsus In tercia aūt amicū ipm deducem⁹ in spē qđ sit aliqñ in patriā restituendus. ⁊ ad hoc pollicebimur ei opaȝ nr̄aȝ minime defuturā. ſ cū omib⁹ virib⁹ nostris ela boraturos. vt possumus ei ꝓdesse et vtilitatem afferre.

Propositio

Consolet᷑ Ciceronē lentulus ꝓ exilio suo qđ ꝓpter Clodij odiū et maliuolentiam patit᷑ Exemplum pars i.

Non possem tibi per lr̄as exponere Cicero. quātum doloris qn̄tūq; mesticie susceperim. cū pmum ex tuis lr̄is intellexi te ꝓpter odiū et maliuolentiam iniqssimi clodij ex dulcissima pa tria pulsuȝ fuisse. nō em̄ solū intestino crucioꝛ dolore ex hoc acerbissimo casu tuo. ſ vix me a lachrimis contineo. q̄tiens in eā cogitationē venio. vt te illa potissimū patria exterioreȝ sentiā ꝓ q̄ etiā ꝓpriū sanguinē sepissie exponere nō dubitasti qđ me⁹ amor facere cogit. q̄ in te maxie affect⁹ sū. ij Et pfecto vix posseȝ merorē istū sedare. nisi pus inocentiā tuā excogitarē. q̄ oib⁹ sp huan⁹ oib⁹ benign⁹. nullū vnq̄ laborē recusasti. quē tā ad publicā q̄ puatā vtilitatē spectare senti- res. ſ poti⁹ ꝓ virili tua sp isudas. vt oib⁹ ꝓdesses. nihil vnq̄ nō laudabile pegisti Et tn̄ maliuoli neboloīs iuidia. ad hanc calamitatē solū deueneris. ⁊ nō tua culpa. q̄ cū int᷑ oēs scele- stos viros scelestissi⁹ existimet᷑. q̄uis hoc nūc i te factiose ꝯse cutus fuerit. non tn̄ diu scelus suum poterit tueri. Euigila

Igitur aliquātulū ab isto tuo merore. et spera hec aliqñ fore meliora q̄ futura esse breui quidē tpis spatio ꝯgnosces. vt in fracto impetu leuissimi hois. tuā p̄stinā dignitatē ꝯseq̄ris qđ vt facilius optineas. Ego tibi om̄ez opam meā. studiū. fauorem mentē deniqꝫ oēz polliceor. vt qđ tibi honori et vsui esse ꝯgnoscam pro te exequi contendam Uale.

Expositiuū genus. caput nonum

Expositiuū genus est illđ qđ fit q̄tiēscūqꝫ ad aliquē amicuz nr̄m scribentes. aliq̄d exponere volū⁹. qđ ipsū lateat et hui⁹ generis spēs sunt tres. vna scz. testimonij. altera historie. tercia vero noticie.

	Expositiua	
Testimonij	Historie	Noticie

Expositiua ep̄la testimonij est illa. que ad aliquē amicū scribitur apud quē. vl' in loco publico. vel p̄uato volū⁹ sup aliq̄ negocio testimoniū exponere. cui⁹ ep̄le t'lis ē reḡla Reḡla. Si expositiuā ep̄laz testimonij ad aliquē amicū scribere voluerim⁹. aut ꝓ testimonio publico. aut p̄uato. sup aliq̄ causa reddendo. illā in ptes tres potissimū diuidemus In q̄rū p̄ma beniuolentiā captabi⁹ a psona nr̄a. declarantes. qđ taz ꝓpter fauorē iusticie ⁊ eq̄tat' quā nolum⁹ aliq̄ pacto opp̄mi ꝓpt' ignorātiaz vitat'. q̄etiā ꝓpter amorē ⁊ beniuolentiā q̄ afficimur in ip̄m amicū ad quē scribim⁹ aut ꝓ q̄ scribim⁹ volumus declarare vez testimoniū sup ea re sup q̄ fuerimus req̄siti In scđa v̄o breuit' dilucide. et accomodate. explicabimus ip̄m testimoniū nr̄m. nihil aberrādo. si possimus a v̄itate et tñ in ip̄a v̄itate dicenda vbi erūt loca magis faciētia ad fauorē aīci nr̄i. tūc in illis maxie p̄sistemus ⁊ plusq̄ȝ in alijs ad hoc vt aīco ꝓdesse possimus. In tercia aūt et vltima dicemus ea v̄a esse que scripserim⁹. sitqꝫ in hoc loco offerem⁹ oēz opaz nr̄az vl' psone publice vl' p̄uate que hoc a nob̄ testimoniū petiuerit. dūmō possim⁹ ip̄i rez gratā et vtilem facere Propositio. Exponat Cicero testimonium apud Censores contra Clodiū quod die violatoz sacroz in vrbe fuerit.

Reqͥsitus a vobis iudices. qd sup ea ꝯtrouersia sentiã. q̄ in dignissimũ matronaꝝ ordinẽ. ⁊ Appiũ. Clodiuz v̓sat̃ de violatis bone dee sacris an ne ipse eo die in ciuitate fuerit. q̊ sacra dicunt̃ esse violata. an poti⁹ abfuerit licet hec mea sp ꝯdicio fuerit: vt neminẽ vnq̄ offendere voluerĩ. ne tñ eq̊tas ipsa atq̧ iusticia. quã sp amaui. et ꝓ q̄ etiã emori possũ. vitati ab ꝯsensione ledat̃. oĩa vobis verissima fatebor q̄ ad huiscemoĩ cause dilucitatiõz amittere vident̃. ij Petitis a me iudices vob significẽ. fuerit ne nudiustercí⁹ in vrbe Clodi⁹ q̊ potissimũ die bone dee sacra violata esse ferunt̃. ego vt veꝝ fatear Clodiuz vidi mane totũ apud duumviros agere. demũ ab octaua hora apd põpeuz cenasse. Postea v̓o p totũ q̄si diez circa cesaris edes vagãtẽ inspexi. postremo ad horã noctis t̃ciaz cursu rapido se domũ ꝯferentẽ q̄ v̓o ex cã. illd nõ ausi affirmare iij Hec sũt q̄ a me scire cupiebatis. et que ego vob veraci s̃mone ꝓtuleri. nã poti⁹ vellẽ mortẽ oppetere. q̄ veritatẽ iusticiamq̧ ledere. si q̄d p̃terea ẽ qd me vob ꝯnoscere gratissimũ futuꝝ iubete ecce me ad oĩa vota vr̃a q̄libentissie paratũ. Valete.

Expositiua historie

Expositiua epl̃a est illa. que ad aliquem amicum scribitur ꝓ admonitione alicui⁹ rei geste. de qua volũ⁹ ipm certiorez reddere. cui⁹ epl̃e talis ẽ regula

Regula

Si expositiuã epl̃az hystorie ad aliquẽ amicũ scribere volueri⁹ quẽ volũ⁹ certiorẽ reddere de aliq̄ re gesta et noua. illã similit̃ i tres ptes diuidẽ⁹ In quaꝝ p̃ma beniuolẽtiã captabim⁹ a psona nr̃a. declarãtes. q̄tũ sim⁹ iclinati ad scribẽdũ ipi aico de reb⁹ nouis q̄ vl̃ in rep. vl̃ p̃uata accidũt cũ maxie itelligã⁹ ipm eẽ pcupidũ haꝝ reꝝ itelligẽdaꝝ. ⁊ p̃cipue cũ hoc sit boni ciuis officiũ vt velit sepi⁹ admoneri de reb⁹ ill̃. q̄ in rep. vl̃ i ciuitate accidũt In scd̃a v̓o breuit̃ diluciděq̧ narrabi⁹ rẽ ipaz de q̄ volũ⁹ ipm aicũ reddere certiorẽ. aut res illa sit publica de pace l̃ bello. aut de reb⁹ i senatu gestis aut sit p̃uata de negocijs ad alteꝝ nr̃m ptinẽtib⁹. vl̃ d salute et euen-

tu rez nraz . put nobis videbit esse scribendu circa nouitatez et vicissitudine rez ac tpoz. In tercia aut dicem9. hec fuisse q ad ipm amicu scribenda esse videbant. 7 in hoc loco offerem9 eide amico non ptermittere labore aliquem in scribendo de reliqs reb9 q postbac euenient dumo posse9 ipi re gratam facere. cui etia offere9 opaz nraz in oibus accomodatam.

Propositio

Exponat Antonius bruto. belluz indictu ptbis. cui pfectus sit designatus Cicero Exemplum pars i.

Scio brute charissime q cupid9 sis res istas intelligedi que hac in rep. nra gerunt. cui9 cum optimu membrz te esse cognoscas no potes ab ipsa diu abesse qd si fortasse etia tibi abesse ptingat. no pot coz tuu aliq pacto qescere. nisi p amicoruz tuoz lras crebro certioz fias. de ei9 statu . qd ego sic esse itelliga. vt tibi gratificarer cui in pcipua quada dilectioe co iunct9 su. deliberaui id ad te scribere qd potissimu dieb9 istis euenit ij Dum em in senatu pulcherrime starem9. reddite sut ex antiochia litere. qbus significabat. parthos in agru cilicu incursione fecisse oiaq in dies penit9 deuastare qd cu intellexisset senat9 subito decreuit. vt siguli setetias rogaret. eet ne bellu ptbis indicendu. an poti9 cu eis pace ineunda. qz no sine magno rep. dispedio videbat illis posse obsisti. sup q re cu mlte varieq eent patz sentetie. tade deliberatu e vt ptbis bellu indiceret. eiq rei qz nemo videbat. nec sapia grauioz. nec fide maioz. q tata posset puintia sustinere Marcus cicero pfect9 e Jaq ei exercit9 arma comeat9 decretus. vn expectam9 intra paucos dies. eupatore ipm ex vrbe ad expeditione sua pfectuz. Tu interi deos exora . vt h faueat incepto. q resp. nra no solu seruet s etia mirifice augeat iij Hec sut q dieb9 istis hoc in senatu gesta sut de qb9 te putaui certiore faciendu3 si qd pterea acciderit. qd sit notatione dignu facia te de oibus sepissime certiore. cui etiam omnem opaz mea offero. in oib9 tuis optatis qlibetissie pata. vale

18

Expositiua noticie

Expositiua ep̄la noticie ē illa. q̄ ad aliquē aicū scribit quem certiorē reddere volū⁹ de ɔditiōe alicui⁹ p̄sone. quā ipe scire desiderat. cui⁹ ep̄le talis est regula

Regula

Si expositiuā ep̄laꝫ noticie ad aliquem aicum scribere voluerim⁹. cui cupim⁹ declarare ɔditionē alic⁹ p̄sone quā ipe scire desiderat illā sil̄r in tres p̄tes diuidem⁹ In quarū p̄ma beniuolentiā captabi⁹ ab ea p̄sona ad quā scribim⁹. declarātes q̄d ex q̄ ex l̄rīs ei⁹ intellexeri⁹ ip̄m scire desiderare ɔditionem talis viri fueri⁹ valde diligentes in eā p̄quirēda. et q̄d tandē intellexeri⁹ oīa quecūq̄ circa negociū istud erāt intelligenda In sc̄da v̄o breuit̄ et dilucide declarabi⁹ ea q̄ scribere intēdim⁹ apiētes p̄ticularit̄ oēꝫ ɔditiōꝫ illi⁹ viri l̄ etiā illi⁹ rei. cui⁹ ipse aicus ad quē scribim⁹ noticiā habere voluerit Nō si forte de nob̄ ip̄is alicui noticiā dare volueri⁹. p̄mīssa p̄ma p̄te capiē⁹ beniuolentiā a nobisipsis nos excusando si aliq̄d de nob̄ dixeri⁹. q̄d tn̄ dicem⁹ facere nō ex arrogātia. s; solū vt p̄sonā ignotā illi aperiā⁹. qui eā scire desiderat ⁊ tūc quāto modestius poterim⁹. ɔditiōeꝫ nr̄aꝫ narrabim⁹ vt ab aico noscamur In tercia aūt dicem⁹. hec fuisse q̄ de t̄li viro vel tali re intelligere potueri⁹. ⁊ q̄d si aliq̄ p̄ ip̄o aico facere possū⁹ parati sū⁹ ad oīa ei⁹ optata. cui etiā offerem⁹ opaꝫ nostrā in oībus libētissime paratā

Propositio

Exponat Cicero cesari ɔditionez apollonij rhodi. oratoris cui⁹ ip̄e noticiā hr̄e cupit

Exemplum pars i.

Nihil est tam arduū tanq̄ difficile mi cesar quin ill̄d libentissima fronte subirem. vt tibi rē gratā facerē. quia sic me cogit amor singularis et eximius quo inte affect⁹ sum. sicq̄ me cogunt maxia p̄clarissimaq̄ beneficia tua. q̄b⁹ et antea sp̄ me cumulasti. et indies cumulare non desinis Petit a me vt oī diligētia explorarā. apollonij rhodij ɔditionez ad te scribā feci id sedulo. teq̄ de his q̄ scire cupis. certiorē reddo ij. ē ei is apolloni⁹ quē tu scire d̄siderās oīm vir iuditio singl̄ris q̄

nõ tm̃ i oratoria facultate. quaz ipse manifestissime ꝓfitetur ꝟ etiã in phia non mediocre sibi nomen cõparauit. ex hoc do nãq3 cũ ꝓximis dieb⁹ istis in hoc atheniense gynasiũ cõmi grauerit. q2 nemiẽz repit. qui rethorica instituta diligenter enodaret. a philozophia ad istã pedestrẽ orõnẽ se cõuertit in qua tantã ꝓfecto studentib⁹ vtilitatem adiecit. vt videre fa cile videar. iterũ palladẽ ex cerebro iouis natã. in hãc vrbẽ descendisse. iij Plura de hoc hoĩe ad te scribere possẽ. sed ex alijs etiã plura intelligere poteris. hoc vnũ addo. qd̃ si ta lez oratorẽ in vrbẽ euocaueris. nõ ꝑuate solũ ꝟ publice etiã vtilitati non parũ ꝯsules. Si q̃d est p̃terea qd̃ me tibi obseq̃ cupis. iubeas ecce me ad oĩa penit⁹ vota tua libentissime pa ratũ. Uale Gratulatoriũ genus. caput decimum

Ratulatoriũ gen⁹ ẽ illd̃. qd̃ fit quotienscũq3 ad aliquem amicũ nr̃m scribẽtes. volũ⁹ illi gratulari. ꝓ aliq̃ suo bo no ꝯsecuto. ⁊ hui⁹ generis spẽs sunt due. vna ꝓ fortuna. al tera v̾o ꝓ salute.

Gratulatoria

Pro fortuna | Pro salute

Gratulatoria epl'a ꝓ fortuna ẽ illa. q̃ ad aliquẽ amicũ scri bitur cui volum⁹ gratulari. ꝓ aliq̃ dignitate vl' ꝓsperitate ꝯsecuta. cui⁹ epl'e talis est regula. Regula

Si gratulatoriã epl'az ꝓ fortũa ad aliquem amicuz scribere voluerim⁹. cui volum⁹ congratulari. vl' ꝓ aliqua dignitate ꝯsecuta. vl' ꝓ aliq̃ gaudio seu leticia. quã ipse ꝓspera fortu na fuerit assecutus. illam in tres partes diuidem⁹. In q̃ruz prima beniuolentiam captabimus ab ea ꝑsona. ad quã scri bimus. ipam sumop̃e laudantes. et oñdentes qd̃ meritis et v̾tute sua fuerit cõsecuta talẽ dignitatẽ. vl' ꝓsperitatem In secunda vero demonstrabimus quantum hoc nobis fuerit gratum. beniuolentiã captantes a ꝑsona nostra. et declaran tes ꝓpter amorem et beniuolentiã. qua in talem ꝑsonã affi cimur nos fortunaz istã ꝓpriã existimare. In t̾cia aũt deũ ro gabim⁹ vt hec dignitas siue felicitas sit illi ꝑpetue laudi ac

vtilitati futura. sicq3 in hoc loco offerem⁹ illi omnē opa3 no
stram. q̄ libentissie accomodatā. dūmodo possim⁹ circa hāc
dignitatē suā. ei aliq̄d vtilitatꝭ afferre. Propositio.
Congratuletꝛ curioni Cicero ꝓ tribunitia ptāte. quā meri-
to consecut⁹ est Exemplum pars i.
Nescio mihi poti⁹, an tibi gratuler. Curio ꝓ tribunitia ista
ptāte tua. quā nuꝑ v̄tutib⁹ tuis p̄clarissimisq3 moꝝ institutꝭ
compasti tibi em̄ nō mediocrē video gl'a3 accessisse. cui tātu3
honoris gradū. iuuenili p̄serti hac in etate tua ascēdere licu-
it. vt nō min⁹ oīm de te opinione3 supaueris q̄ equaueris
nec id quidē immerito. tantā nanq3 tibi apud oēs existimati
one3 ꝯcitasti vt laus tua nō obscuro nec vario sermone. sed
et clarissima. et vna omniū voce p̄dicetꝛ Mihi aūt nō paru3
decoris et ornamenti adiunxisti. cui tali stēmate decoratum
liceat amicum habere. qui et suo splendore hanc non solum
amicitiā illustrare possit verum ei maximo sit futurus emo-
lumento ij Tibi igitꝛ tueq3 v̄tute gratulor. ꝓ hac dignita-
te tua. tam optima q̄ benemerita. quā licet nunq̄ ambiciose
quesiueris. vtriusq3 tn̄ v̄tutis tue splendore sp ꝓmereri stu-
duisti. mihi v̄o gaudeo cui tantū laudis accesserit. nec id q̄dē
iniuria. oīa em̄ sūt amicoꝝ (vt aiunt) ꝯmunia q̄rum etiā ani
mi adeo dicuntꝛ esse coniuncti. vt vnus ideq3 spirit⁹ duo cor
pora regat ac idem sit in duob⁹ sensus eademq3 voluntas.
iij Dij quoq3 te faustum felicemq3 ꝯseruent. quoꝝ arbitrio
oīa gubernātꝛ. ac ad meliora sp digniora q3 (vt merit⁹ es) te
ꝓuehant vt et tibi et tuis gloria3 immortalē acq̄ras. et reip
tandem bon⁹ ac honest⁹ ciuis euadas. quam diu felicissime
gubernaueris. in eius tandem sinu faustissime quiescas.

Gratulatoria pro salute

Gratulatoria epistola pro salute est illa. que ad aliqnē ami
cum scribitur. cui volum⁹ gratulari aut ꝓ salute. post egri-
tudinem consecuta. aut quia ex aliquo loco saluus redieritꝭ
Cuius epistole talis est regula.

Regula

Si gratulatoriā eplāz in ptes tres diuidē⁹ In quaꝝ pma beniuolentiā captabi⁹ a psona nr̄a declarātes. quātū prius de amici egritudine doluerim⁹. vl' de ei⁹ salute dubij fuerim⁹ si a nobis fuerit sepatus. In scd̄a v̄o declarabim⁹. quanto gaudeo affecti fuerim⁹ Cum de eius salute vel incolumi reuersione intellexerim⁹. et tūc ei de tali salute congratulabimur. deū rogantes. qd̄ hanc pus incolumitatē suā diu seruet. deinde ipm deinceps ab oi malo tueat̄. In tercia autez offerē⁹ eidē aico oēz opaz nr̄az. vt in alijs fieri ꝯsueuit

Propositio Congratulet̄ eustachi⁹ andronico. p salute sue pstine instauratiōe. Exm pars i

Quanto dolore affect⁹ fuerim dieb⁹ istis. eustachi charissie cū pmū ex amicoꝝ meoꝝ lr̄is intellexissez te in grauē quēpiā morbū incidisse p lr̄as quidē tibi significare non possem. existimaui pfecto hanc mihi egritudinē tuā esse ꝯmūez. p eo amore ac beniuolētia qua in te sūope affect⁹ sū ij Sz q̄to maior fuit exacta mestitia. tāto maior nūc leticia successit. et intellexerim te iā. dei opti bonitate iuuāte. in pstinā salutem fuisse restitutū Gratulor igit̄ tibi pus. p ista incolūitate tua instaurata. deūq3 exoro. vt diu te saluū seruet atq3 supstitem vt nos oēs amici tui cupim⁹. ⁊ poptam⁹. tuo amore adeo deuicti sū⁹. vt nūq̄ possi⁹ ab eo auelli iij. Nos q̄3 scias. diuina fauēte pietate. saluos nos omes esse atq3 incolumes. ⁊ oibus votis tuis q̄libētissime paratos dū tibi possim⁹ esse et honori et vtilitati q̄ maxime. Uale.

Exhortatiuū genus. caput vndecimum.

Exhortatiuū genus est illd̄. qd̄ fit quotienscūq3 psonā aliquam ad aliquid pagendū volum⁹ cohortari. et hui⁹ generis species sunt due. vna. scz ad leticiā. altera v̄o ad dolorez.

Exhortatoria

Ad dolorem	Ad leticiam

Exhortatiua epla ad leticiã est illa. que scribitur ad amicum quẽ exhortari volum⁹ ad aliquid pagendũ. qd illi in gaudium honorez. et vtilitatẽ futurum sit. cui⁹ eple talis est regula.

Regula

Si exhortatiuã eplaz ad leticiã ad aliquẽ amicũ scribere voluerim⁹ quẽ cohortari volum⁹. vl ad vtutes capescendas. vel ad gaudiũ p aliqua re suscipiendũ. siue ad aliquid aliud pagenduz. qd in eius vtilitatez redundet. illã in ptes quinqz diuidem⁹ In quarum pma beniuolentiã captabim⁹ ab ipa re declarantes qtũ ipsi amico ad quẽ scribim⁹. sit futura vtilis res. ipa ad quã ipm exhortari studemus. In secunda vero beniuolẽciã silr capia⁹ a re ipa laudãtes ipaz ab honestate et iustitia. et demrãtes ipaz eqssimã eẽ. et qcũqz pbatissimo viro dignã. ad hoc vt ipe amic⁹ facili⁹ incitet ad id faciendũ ad qd ipm cohortãtur. si sẽserit aliqd inde sibi honoris pfectum In tercia aũt demõstrabim⁹ rez ipaz esse possibilem et facilẽ ad pagendum quia naturalit quanto res est facilior. tanto libenci⁹ a nobis suscipit. cum natura nostra a labore pcliuis sit ad libidinez et voluptatẽ. In quarta vo oñdem⁹ huiusce rei necessitatẽ. dicẽtes qd necessario amicũ ipm oporteat tale quid pagere. ne forte in aliqd dampnũ vl dedecus incideret In vltima deniqz ppone⁹. qd volũ⁹ ipm amicũ facere. dantes ei modũ rẽ ipaz pagẽdi. et hec ppositio appellat. q tñ int ceteras ptes est ponẽda. vbi magis ad ppositũ facere videt.

Propositio

Exhortetur fabi⁹ papiriũ ptextatũ. ingeniũ adolescẽtez ad virtutes capescendas Exemplum pars i.

Nihil vnq fuit papyri carissime. qd tam publicis q puatis rebus maiori vnq emolumento fuisse legamus. q ea potissimum virtus. que non solum priuatas domus. verum et publica quoqz imperia regere. gubernare. atqz imprimis augere solita est. hinc et atenieses doctissimos viros rem suam publicam merito inter ceteras prestantissimam redidisse

compimus Nec minus quidem clarissimorū virorū prudentia. sapientissimoq3 ꝯsilio romanā scimus remp. conseruataʒ atq3 mirifice ampliatā. ij Preterea eiusdem ꝟtutis splendorez quo quisq3 potissimū ei familiaris nō minimū quidem honestat⁹ est. est enī tanta ꝟtutis grā tanta glīa et auctoritas vt facile ex ignobili quēq3 nobilē ex mortali imortalē reddere possit. iij Ad hāc igit̄ ꝟtutis laudē ꝓ singulari i te beniuolentia mea his meis lr̄is te incitare disposui non qꝺ ad illā te tua sponte satis incitatū eē diffidā s3 vt amorez i te meum apud te testificatū relinquā iiij Nec ꝑfecto tibi ad virtutē capescendā difficilis ꝯ ditus patet hāc em̄ tibi facillime cōpabis si. hoc statueris quaꝝ laudē gloriā adamaris. qb⁹ artib⁹ hee laudes cōpant̄ in his potissimū eē elaborandū v. Hec vides quanta tibi hac maxie tēpestate necessaria sint. cū cadenti reip. tali sit op⁹ defensore q̄ omī ꝟtute vallat⁹ eā in pstinū statū veterēq3 libertatē merito sit vendicatur⁹ vale.

Exhortatiua epl̄a ad dolorem

Exhortatiua epl̄a ad dolorē est illa q̄ scribit̄ ad aliquē amicū quē exhortari volū⁹ ad lachrimas et merorē. ꝓ aliqua fortuna aduersa. vel publica vel priuata. et hui⁹ epl̄e talis est regula.

Regula

Si exhortatiuā epl̄az ad dolorē ad aliquē amicum scribere voluerim⁹ quem ad lachrimas vel luctum incitare voluerimus ꝓ aliquo casu aduerso qui nobis vel amicis ꝑuate acciderit vl̄ publice etiā euenerit. illā in ꝑtes q̄tuor diuidē⁹ In quaꝝ ꝑma beniuolentiā captabim⁹ ab ipa re. demonstrantes q̄ꝺtū sit iustū ⁊ honestuȝ. aut ꝓ amicoꝝ aduersitatibus aut ꝓ publicis incōmoditatib⁹ dolere. cū ꝑcipue huiuscemōi calamitates debeamus cōmunes existimare In secunda ꝟo narrabimus casum ipsum. ꝓpter quem volumus ipsum amicum ad dolorē cōmouere In tercia aūt cū verbis accomodatis exhortabimur ipm̄ ad dolorē. ꝓ tali re suscipiendum In quarta vero et vltia demōstrabim⁹. quātum sit necessariuȝ in huiuscemodi calamitatib⁹ dolere. vt post dolorē succedat

D i

21

cogitatio et cura consulendi ipis rebus afflictis pmittentes etiam nos opaz nostrã. in omib⁹ fore paratã dũmodo possi. mus aliquid prodesse Propositio

Exhortetur plancũ Cicero ad dolorẽ capiendum p reip. ro mane oppressione.

Exemplum pars i.

Cum iure tam diuino q̃ humano cogente. post plentissimũ in deos obsequiũ. quicq̃d in nobis ẽ. illud totum patrie reicq̃ publice debeatur. p cui⁹ nõ solũ psperitatibus letari incom moditatibusq̃ lugere debem⁹. s p qua etiam sanguinẽ effũ= dere. si opus est debiti sumus. non suz ab officio boni ciuis alienũ arbitrat⁹. si expositis calamitatib⁹ nr̃is. te ad nobiscũ lachrimandũ incitauero. ij Scias plance charissime pristi= nam illam dignitatem et auctoritatem nr̃az. qua mirifice hoc in senatu pollebamus cesaris nunc iniquitate penit⁹ esse sub= lataz. qui monarchiã imperij ɔsecut⁹. nõ solũ patres ab vrbe ppulit. s nec alicui viro bono liberuz ampli⁹ nomẽ reliquit iij Quis igit̃ est tam ferreus ciuis. qui se a lachrimis con= tinere possit amissa nanq̃ dignitate nostra. quid reilquum nobis est nisi vt in luctu et squalore iaceam⁹. flem⁹. ploram⁹ vllulam⁹ tota die. te q̃ lachrimaꝝ istaꝝ etiam volum⁹ sociũ habere. iiij Necesse em̃ est vt gemit⁹ augeãtur lachrime ex crescant. plorat⁹ crebrior fiat hec em̃ fortassis aioꝝ quedam irritamenta fuerint. q̃ diu iniuriã istam pati nequibũt. qd̃ si quis ad hãc laudabilẽ puinciã aim adiecerit. nõ recuso labo rem s poti⁹ ad omẽ capitis piculũ subeundũ. omnem opam meã vitã deniq̃ ipsaz libentissime paratam voueo Vale.

Dissuasiuum genus. caput duodecimum

Dissuasiuũ genus ẽ illd̃. qd̃ fit quotienscũq̃ ad aliquem amicũ scribim⁹. quẽ si viderim⁹ inclinatũ. ad aliquid peragẽ dum. ab eo volumus deducere. et hui⁹ generis species sunt due vna. s. a leticia. altera vo a dolore. ¶ Dissuasiua.

A leticia A dolore.

Dissuasiua epl'a a leticia est illa. q̄ scribit̄ ad aliquem amicuꝫ quē si viderim⁹ inclinatū ad aliqđ reп̄hensibile gaudiū ip̄m ab eo conabimur retrahere. et hui⁹ epl'e talis est regula.

Regula

Si dissuasiuā epl'am a leticia ad aliquem amicū scribere voluerim⁹. disuadere intendim⁹ ne in aliquā indebitā leticiam prorumpat. vel ad aliq̄d faciendū ꝓperet. qđ ip̄e sibi bonū futurum existimet. illā sil'r in ꝑtes quinqꝫ diuidem⁹. In quaꝝ p̄ma ondem⁹ rei ipsi⁹ inutilitatem. si fecerit eam. et om̄ibus medijs demonstrare conabimur ipsaꝫ omnino esse dolosam In scđa vo apiemus rē penit⁹ esse iniustā et inhonestam ꝛ minime viro bono ꝯdecentē. ita vt ꝑ hec media ip̄m laicum nr̄m inducam⁹ ad hoc. vt rē ipsam existimet. nullo pacto eē faciendā In tercia aūt ꝓponem⁹ quo pacto sit ab ipso amico pagendū. vt a tali re facienda desistat et sil'r rei ipsius moduꝫ apiem⁹. q̄ debeat in ip̄a re ꝓcedere. In quarta vero demōstrabim⁹ quātuꝫ sit ipsi amico facile. a tali re facienda desistere. ita vt per hanc facilitatem citius inducat̄ ad ꝑsuasionem In quīta vero et vltia declarabi⁹ necessitatē ipsā. ꝓpter quā sit coactus a tali leticia desistere simulqꝫ ipsi amico offerem⁹ ommem operam nostram. si voluerit ꝑ suasionibus nostris morem gerere.

Propositio

Dissuadeat. Curioni. Cicero. in leticiam ꝓrumpere. quia Cesar monarchiam obtinuerit imperij

Exemplum pars I.

Inueterata fuit. dignissimaqꝫ vniuscuiusqꝫ philozophantis opinio. Curio charissie Nihil viro bono inutili⁹ esse. nihilue dānosius. q̄p de sue reip. oppssione gaudere ꝑ c⁹ ꝯseruatiōe q̄nto quis maiorē laudē ac gloriā ꝯsequit̄ tāto maiori nota dignus efficitur. q̄ in eā aliq̄d atēmtare studuerit ij Adde p̄terea qđ nihil vnquā viro digno inhonesti⁹. nihilue turpi⁹ existimari potest. quam in reip. sue casibus leticiaꝫ preseferre pro qua si quis etiam pulcherrimum sanguinem exposuerit non modicam sibi gloriam et laudem comparabit. ij

Cum igitur intelligaz te ꝑ cesaris victoria. tantū gaudij suscepisse vt vix te ab eius publica ostentacionē continere possis doluí certe. te intantū dilapsum fuisse facin⁹. vt eciā i malū tue pr̄ie gaudere possis. proinde te hortor. vt ab ista leticia vana et turpi desistere velis. iiij Facile em̄ tibi est omnez leticiā istā in lachrias vertere. cū p̄cipue optim⁹ semꝑ ciuis furis existimat⁹. cuius officiū est illā pulcherrimā mortem ducere que ꝑ patria suscipitur. v Adde eciā ꝙ intantis totꝗ reip. ꝑturbationibus tibi necesse est. nō solū ab hac animi hilaritate discedere. sed et ꝑpetuas lachrimas piclitanti patrie ꝯdonare. vides em̄ ꝗnta etiā tibi sit mala i hac publica calamitate patiēda. nisi corde ⁊ animo. in gemiscens. cadētibus reb⁹ mature ꝯsulueris. qd̄ vt facias te rogo. et ad id pagendum om̄ez tibi opam meam paratam deuoueo Uale.

Dissuasiua a dolore

Dissuasiua ep̄la a dolore est illa. que ad aliquē amicū scribitur quē si videri⁹ inclinatū ad aliquē rep̄hensibilē dolorē. vl̄ minime laudabilē. ip̄m ab eo deducere conabimur. et huius epistole talis est regula.

Regula

Si dissuasiuā ep̄laz a dolore ad aliquē amicū scribere voluerim⁹. cui dissuadere intēdim⁹. ne ꝓpter aliquā causā in merorem deducat̄. quem ipse forte incōsiderate suscipit illā sil'r in ꝑtes quiꝗ diuidem⁹ In quaꝝ p̄ma declarabim⁹ ꝗtum sit inutile vel damnosuz ipi amico nr̄o, cui in tali casu dolorem ostendere cū p̄cipue hoc nō sit viri sapiētis officiū. vt in reb⁹ aduersis dolere debeat. In sc̄da v̄o demonstrabim⁹. ipi aico nō eē honestū vl̄ laudabile. si ꝓpter ipaz rem doleat. et hic si volueri⁹. aliꝗ ratiōez adducē⁹. ꝓpter quā ꝓbem⁹ turpe esse ipi aico nr̄o. si in dolore diuti⁹ moret̄ In tercia aūt conabimur oib⁹ medijs q̄b⁹ nob̄ possibile fuerit. ip̄m aicū a tali dolore deducere ⁊ in gaudium poti⁹ et ꝯsolationez inducere In q̄rta v̄o demōstrabi⁹. hoc facile eē si voluerit amicus ad leticiam se vertere. et ab ipso dolore discedere. In quinta vero

et vltima ostendemus quantũ sit ipsi amico ad quẽ scribim⁹ necessariũ. vt a tali mesticia penit⁹ discedat. adducendo aliq̃ rationẽ. q̃ videat ad ꝓpositũ facere. nã ep̃la ista est quasi similis ep̃le ꝯsolatorie. de qua sup̱ius mentionẽ fecimus et simul etiam in hoc loco. si nobis videbit̃. offerem⁹ ipi amico omñẽ opaꝫ nr̃aꝫ. dũ possum⁹ ipm a tali mesticia vl' dolore remouere et in aliq̃d gaudiũ deducere. Propositio

Dissuadeat marco antonio brut⁹. in luctu tabescere. ꝓpter iulij cesaris interitũ Exemplum pars i.

Hoc ẽ officiũ optimi cuiusq̃ȝ ciuis marce antoni charissime. vt nõ solũ remp. suã ⁊ bonũ cõmũe diligat. ꝭ illd etiã p virili sua querere. et q̃situ mirifice ꝯꝭuare conet̃ p q̃ tutãdo. etiã si op⁹ fuerit. q̃libẽtissĩe sanguinẽ ipm effũdere cupiat. qd q̃ facere neglexerit. vel acriter puniri debeat et a senatu alien⁹ cẽseri. ij Nõ eñ laudabile ẽ: ymo turpissimũ et detestãduꝫ facin⁹. p p̃uato bono publicũ et ꝯmũe sp̱nere. ac sp̱nẽdo destruere ymo et q̃ hoc facere p̃sũpserit. penas luere decꝫ. et nullũ morte sua amicis luctũ relinquere iij Cũ igit̃ ꝓpter cesaris interitionẽ. videã te in merore et luctu constitutum nõ possũ nõ sũope mirari cũ p̃serti te sp̱ bonũ ꝓbatissimũq̃ȝ ciuem cognouerim qui nõ solũ de rep. tua semper benemereri studuisti. sed omnes in eam crudelissime delinquentes tanto persecut⁹ es odio vt tanq̃ȝ in matrem tuam seuiẽtes fuissent. eos sic tibi inimicos existimaueris. recipe igitur priorẽ animum tuum in patriaꝫ. et p nequissimi tyranni nece noli tantop̱e cõmoueri. q̃ nullã viris bonis libertateꝫ relinqens pulcherrimã reip. faciẽ in turpissimã ꝯuerterat iiij Facile nanq̃ȝ est tibi viro prudentissimo a dolore et luctu ad leticiã potius et consolationem animuꝫ deducere. cũ p̃cipue videas tali occupatore extincto. pristinam iam sibi libertatem ipam recup̱asse v Cogita p̃terea. quantũ tibi hoc p̃sertim tp̱e necessariũ sit. vt relicto merore serenissimã p̃rie tue faciẽ ostẽdas que tuis subsidijs fulta. possit aliquãdo ex tantis calami

tatibus respirare. qd vt facilius facere possis. dabim9 operā omēs nos amici tui. vt in rebus omīb9 nostra officia sint tibi q̄libentissime parata. Uale.

Inuectiuū genus. Caput decimumterciuz.

Inuectiuū genus ē illud qd fit q̄tienscūq3 psonā aliquā vel amicā vel inimicam rephendere volū9. p aliquo crimine sceleris vel ignorantie. et hui9 generis species sunt due. vna. s. criminis. altera v̄o contentiōis Inuectiua

Criminis Contentionis

Inuectiua epl'a criminis ē illa. que ad aliquā psonaz scribit aut aicaz vl' inimicā. quā p aliq̄ scelere vl' flagitio. siue remisse siue excandescenter volumus accusare. cuius epl'e tl'is est regula. Regula

Si inuectiuam epl'az criminis ad aliquā psonā scribere voluerimus. pmo scire debem9. quod si psona ipā ad quā scribimus est nobis amica. remissa inuectione vtenduz erit et pri9 verbis asperis accusandum. deinde in bona verba desinēdū Si vero inimica fuerit psona. tunc in tres potissimum ptes ipsam epl'am diuidemus. In quarum prima beniuolentiaz captabimus a psona nr̄a. declarātes qd ad talē inuectiōz nō volūtarie. s coacte sum9 ipulsi. et qd sepenūero a tali iīmico lacessiti ad vltim vsq3 ppessi sum9. s nūc ampli9 pati nō possimus cū p̄cipue isti9 psone vitia in alicui9 damnū verterent si nō essent accusata et castigata. In scda v̄o rem ipsam rephendēdā adducem9. simulq3 rationes oēs. que ipi inuectiōi videbunt accomodate. In tercia vero si amica erit nobis psona ad benignum aliquem sermonem conuertemur. ipsaz monentes vt a tali facinore desistat. quod si fecerit omnem ei operam nostram offeremus. q̄libentissime paratam. si vero inimica erit psona beniuolentiā itez a nr̄a psona cstituem9 dicentes nos amplius nolle in ipm inimicū inuehi. ne poti9 pter odium id fecisse videamur. q̄ pter veritatem. sed qd in aliud tempus cetera volumus dicenda reseruare

Propositio

Inuehat̃ Cicero in luciũ catilinã. qui in patriã remp. conigi-
rare parat   Exemplum   pars   i.
Nihil est luci catilina. qđ me magis hac tempestate sollicitet
et intollerabili pene dolore ꝯficiat. q̃ꝑ qđ et mľtoꝝ sermõibus
et lr̃is intellexi te. s. in patriã tuã. ꝓ cui⁹ deberes libertate li-
benter vitã effundere. ꝯiuratioñe parare qđ ꝑfecto inter ce-
tera vicia. scelestaq̧ facinora tanto detestabili⁹ ẽ. quãto bonũ
ꝯmune ꝓuato melius nobiliusq̧ censet̃ vnde nisi me amor
sũmus. q̊ in te afficioꝛ. mutuaq̧ beniuolẽtia nr̃a impelleret.
poti⁹ mihi tacendũ q̃ꝑ ad te scribendũ existimarẽ. volui tamẽ
hec pauca ad te mittere. vt q̊d nã potissimũ hac in re senseri
apđ te testatũ relinquerẽ ij Quis furoꝛ. que insania queue
potius dementia. te ad tantũ scelus pagẽdũ ꝯmouere potest
Tu ne pr̃ie filius. vel ei⁹ mẽbrũ. scelestas audebis in matrẽ
vľ poti⁹ coꝛp⁹ tuũ man⁹ inferre. lugẽtesq̧ pueros lachꝛiman-
tes matronas. luctuosos ciues. lugubꝛẽ senatũ destructã rẽp.
deoꝝq̧ ꝓfanata poteris cernere tẽpla. et q̃b⁹ q̃so oculis ista
ꝯpicies Sz regiã inq̃es dignitatẽ quero domiatũ ꝯcupisco.
Et q̃ ꝑ deũ imoꝛtalẽ potest esse dignitas. tľi merito noĩe de-
coꝛanda q̇s domiat⁹ honest⁹. q̃ reip. lachꝛimis. bonorũq3 ci-
uiu3 depopulatiõe paret̃. Jlle q̇dẽ iuditio meo ẽ honoꝛ existi
mand⁹ Jlla merito dignitas appellãda. que in remp. collat̃
merit̃ acquirit̃. Nihil est eñ. qđ maioꝛis fruct⁹. gloꝛieq̧ esse
possit. nec quicq̃ꝑ ex omnibus rebus humanis est pꝛeclarius
atq3 pꝛestãtius. q̃ꝑ de rep. benemereri. Tu autẽ reip. oppꝛessi
onem immoꝛtalem tibi laudem parare speras falleris (mihi
crede) catilina. ac lõge decipieris. Uide nedum tibi immoꝛ-
talitatem queris vitam amittas. at3 exiguam hanc existima-
tionem quam tibi olim concitasti. sed fedissimo nomine detur
pes ac dehonestes. iij Repelle igit̃ a te inclementissimam
vľ poti⁹ nefariã mentẽ istã ac reip. incũbas. que teq3 tuosq3
dignis ac ꝑciosis quidẽ possit mũerib⁹ dignitatibusq3 exoꝛ-

nare vt oībus gratus. oībusq͛ iucundus existens. in dulcissi me tandem patrie sinu susceptus. diu faustus felixq͛ viuere possis qd̄ si facere volueris. vt spero et opto. omnē tibi operā meā offero. in oībus tuis optatis q̄ libentissime paratā vale.

Inuectiua cōtentionis

Inuectiua ep̄la contentionis est illa. que ad aliquam p̄sonā scribit cui⁹ ignorātiā rep̄hēdere volū⁹. sup̄ aliq̄ loco hūano sup̄ q̄ ē nobis cū ea cōtentio. cui⁹ ep̄le t̄lis ē reḡla ¶ Regula

v̓tutis florib⁹ ornatos. et solidissie fidei splēdore decoratos eos nobis potissimuz charissimos habeamus. nec vnq̄ illos cessemus meritis et bn̄ficijs subleuare. pter em̄ illō qđ iustuz et honestuz existimam⁹. tales scz viros summa laude afficiē-dos. accedit et non mediocris q̄daz vtilitas inter ceteros do-mesticos nr̄os. q̄ se viderint merita v̓tutū suaꝝ p̄mia bonos viros fuisse ꝯsecutos. eo libenti⁹ ad v̓tutē aspirabūt. q̄ se po tiora bn̄ficia acq̄situros sperabūt. iij ¶Cum igit iohannes venet⁹ familiaris nr̄ vir quidez in genio et doctrina nemini cedens hanc in regionē tuā ꝓficiscat. sua q̄dā negocia expe-diturus Tue p̄mū serenitati notū facim⁹ ip̄m eē ex p̄mis fa-miliarib⁹ nr̄is vnuz q̄z summo amore et beniuolentia ꝓseq̄-mur ¶Cui si nr̄i gr̄a in reb⁹ suis a tua serenitate opitulatum fuisse senserim⁹. erit quidē adeo nobis ḡtuz. ac si bn̄ficia ip̄a in nosmetipos collata fuisse letaremur. tibi igit eū ꝯmēdam⁹ tāq̄ oim̄ ceteroꝝ nob̄ ḡtissim. carissimq̄z. tueq̄z serenitati sil̓r offerē⁹ opaz nr̄az in oib⁹ tuis optatꝭ q̄libētissie paratā vale.

Regia edictiua

Regia ep̄l'a edictiua est illa q̄ scribit a p̄ncipe tā seclari q̄ spi rituali ad aliq̄ p̄sonā. vl̓ publicā vl̓ p̄uatā ꝓ re aliq̄ ad pu-blicū bonū ptinēte scanda. cui⁹ ep̄l'e tl'is ē regl'a Regula. Si voluerim⁹ ep̄l'az edictiuā regiā ad aliquā p̄sonā scribere scire debem⁹ q̄ tl'is ep̄l'a scribi potest. vl̓ generalit ad aliquā vniuersitatē vl̓ p̄pl'm. vl̓ pticularit ad aliquā p̄sonā publicā vt faciūt p̄ncipes ad alios p̄ncipes ꝓ edicenda pace vl̓ bello federe vl̓ lege. siue ꝓ silib⁹ et tūc ip̄a ep̄l'a diuidit i tres ptes p̄ncipales In q̄ꝝ p̄ma ponē⁹ nomē p̄ncipis cū suis titl'is oi-bus ꝓut feci⁹ in alijs ep̄l'is supiorib⁹ cū salutatiōe ad eā p-sonā ad q̄ scribit ep̄l'a In scđa v̓o ponē⁹ cāz ꝓpter q̄ sum⁹ incitati. ad talez ep̄l'az scribendā. oñdendo causam illam esse iustam et honestam. et quantum poterim⁹. conabimur ptes nr̄as approbare. et ꝯ oppositum aduersarij deprimere. vt po-tius videamur nobiscum iusticiam et eq̄tatem oñdere q̄ cū

eo ad quē scribim⁹ In tercia aūt narrabim⁹ id qđ scribere intendim⁹. si de bello. psonā ipaꝫ ad bellum imitātes. si de pace silr ad pacē. et sic defedere. aut lege pmulganda addēdo clausulas illas finales q̄ magis videbunt ad ꝓpositū facere et ipam eplam concludere qđ ex supiorib⁹ eplis. satis supq; colligere possum⁹ si ad eas aduerterimus.

Propositio

Edicat Cesar pacem pannonio regi pro sua in eum liberalitate ac munificentia Exemplum pars i.

Fridericus tercius diuina fauente clementia. romanoꝝ imperator sp august⁹ Austrie. stirie. carinthie. carnioleq; dux comesq; tirolis ꝛc. Mathie vtriusq; pānonie regi Salutē ii Licet multe cause inuicē ꝯcurrant. q̄ me poti⁹ ad belluꝫ tecū gerendū. q̄ ad pacem firmandā inducāt. q̄s hic recitare mihi supuacaneū videt. tu em̄ eas bene optieq; nosti. vt tibi tamē tuisq; oib⁹ ostendā q̄tū poti⁹ mea in vos valeat liberalitas quam vr̄a in me in gratitudo deliberaui penit⁹ tecuꝫ pacem firmare. vt cuꝫ ab armis discesserim⁹ possint milites nr̄i. qui ex vtraq; pte sumope ꝯsūpti sūt ad desideratā q̄etā redire et dissipatas res suas aliquātulū instaurare. iii Tibi igit pn̄tiū tenore significo. qđ ab hoc die imposteꝝ relicta oi penitus discordia ac simultate q̄ prius inter nos fuerat. volo tecum firmissimā pacē habere. cū his tn̄ pactis et ꝯditionib⁹ q̄ ꝑus fuerant inter nos vnanimi volūtate ꝯclusi Teq; hortor. ut banc a tuis saltē desideratā pacē velis et libentissima fronte suscipe et bn̄ficioꝝ ꝯmunicatione ppetuā seruare nos em̄ ex pte nr̄a hoc tibi volum⁹ eē pollicitū et ꝯstantissie obseruatuꝫ. qđ nulla vnq̄ causa tua beniuolentia decidem⁹. q̄ ad ipam volueris nobis illesam tenere. Vale

Regia inhibitoria

Regia epistola inhibitoria est illa. que scribitur a pncipe ad aliquā psonā. vl publicaꝫ vel priuatā. cui inhibere intendit aliquod opus vel iam inceptum. vel quod ꝓpediem incipien

36

duz suspicet. cui9 epl'e talis ē regula. Regula.

Si voluerit princeps inbibitoriā epl'az ad aliq̄ p̄sonam vel publicā vel p̄uatā scribere. cui inbibere velit aliquid faciēdū vel qd̄ iā fieri ceptū sit. illā silr in p̄tes tres diuidere debebit In quaꝝ p̄ma ponet nomē et titulos suos. secundum consuetudinem taliū epl'aꝝ In scd̄a v̄o. qd̄ erit exordium epistole declarabit se intellexisse. qd̄ talis p̄sona ad quaz ipse scribit vel iam incepit vel incipe velit aliquod op9. qd̄ ip̄e princeps nullo pacto futuꝝ intendit. et sil' in hoc loco declarabit causaz vl' rationē aliq̄ veram. aut saltem veri similez. p̄pter quā ipse sit incitatus. ad tale opus inbibenduz In tercia aūt inbibitionē ip̄az ponet. v̄bis breuib9 et dilucidis q̄ p̄prie ad principem attinent. addendo regales minas. si a tali ope faciendo non destiterit. cū omni tn̄ modestia et humanitate. ne videat̄ subito velle in iram exire qd̄ ad prudentem et sapientem virum non attinet. et sic absolute finiet epl'am suam. addendo tamen diem et locum. quibus date fuerūt lr̄e.

Propositio

Inhibeat pontifex maximus regi ferdinando edificationem cuiusdam castelli. in finitimis.

Exemplum pars i.

Innocentius Episcopus. seruus seruoruz dei. Illustrissimo regi appulie Ferdinando. Salutez et apl'icam benedictionez

ij Ex lr̄is Venerabilis fratris nostri. Cardinalis sancti Petri ad vincula. de nostro mandato. tocius agri pyceni gubernatoris et legati. Nuper intelleximus. te munitissima quedaz castella. in finitimis appulie terminis versus agrum pycenum. qui nostre ditioni subiacet. contra pacta et conuētiones nostras. edificare velle quod se dicit ex mult[is] nuncijs istinc venientib9 intellexisse. Et quia vt scit serenitas tua huiuscemodi castella que noua quapiam edificatione eriguntur et p̄sertim in illis locis vbi maior posset dari occasio nocendi semp̄ in malum inducit hominū suspitionem. ideo nō pos

sumus satis admirari.te contra nos talia moliri. iij Qua
propter rogamus serenitatē tuā.vt penit⁹ a tali edificatiōe
desistat.si nobiscū voluerit ꝑpetuā pacē habere.qꝺ si fortasse
neglexeris.coacti erim⁹ oēz iniuriā nr̄az ꝑ virib⁹ ꝓpulsare
cū ꝓserti vim vi repellere liceat Si bn̄ ꝯfidimus.te talia esse
factuꝝ.q̄ regiā ꝑsōaz tuā deceāt.cui etiā nos offeri⁹ oēz opā
nr̄az.in oīb⁹ optatis libētissie paratā. Date apꝺ sanctū Pe
trū.anno abincarnatione dn̄ica octogesimosexto suꝑ mille-
simū et quadringentesimū Pontificat⁹ aūt nr̄i anno ꝓmo.

Regia promotiua

Regia ep̄la ꝓmotiua ē illa q̄ scribit a principe ad aliq̄ꝫ ꝑsōaz
quā ad dignitatē quāpiaz seu gradū ꝓmouere intendit cui⁹
q̄dez epistole talis est reḡla. Regula.

Si voluerit princeps ꝓmotiuā ep̄laz ad aliquā ꝑsonā scribe
re.hoc dupliciter fecere poterit.vno.s.modo qn̄ ipsaz ep̄laz
dirigit ad aliquā terciaz ꝑsonā.cui mādat vt amicū quēpiaz
vl̄ familiarē ad aliquā dignitatē ꝓmoueat.altero v̄o modo
qn̄ ad ip̄az ꝑsonā ꝓꝓriā scribit.quā ꝓmouere intendit. Sed
quocūq̄ꝫ modo fiat.illā in ꝑtes tres diuidet. In quaꝝ ꝓma
scꝺm istaꝝ ep̄laꝝ ꝯsuetudinē apponet nomen et titulos suos
cū breui salutatione In scꝺa v̄o captabit benuolentiaz ab ea
ꝑsona.quā ꝓmouere intendit.ip̄az.s.laudando ab aliq̄ v̄tu
te ꝑticulari.que specialiter in ip̄a refulgeat.⁊ dicēs.qꝺ ꝓpter
v̄tutes suas ip̄a meretur oīm fauorē acq̄rere. In tercia aūt
captabit beniuolentiā a ꝑsona ꝓꝓria.dicens.qꝺ propter istā
causaz ipse sit incitat⁹.ad porrigendū ei oēz fauorem et gra-
tiā.et tūc subiūget.qꝺ vacāte nūc tali beneficio vel dignitate
ipse voluerit eā tradere ipsi amico.quāuis non sit sufficiens
vel equalis ad eius virtutes et conditiones renumerandas
offerendo tn̄ ei posthac om̄em opaz suā.ita q̄ facile intelliget
ab eo magni existimari et plurimi fieri.

Propositio

Promoueat dux mediolanensis.franciscū veturium ad ti-

37

Johannes galeacius maria. dei gracia dux mediolani. papie Comes. ac genue Dñs Francisco veturio. abbati. leonensi Reuerendissimo salutē. ac dilectionis affectū. ij Eximie virtutes ac singulares quedā animi tui ꝯditiones. q̄ nō obscuro nec vario sermone. s; et clarissima et vna oīm voce p̄dicant. adeo dieb⁹ istis ad aures nr̄as gratissime aduolarunt vt merito anim⁹ nr̄ iā inclinat⁹ sit. ad cū tibi fauorez in oīb⁹ reb⁹ et optatis tuis exhibendū. quē vnicuiq; familiari ac domestico nr̄o exhibendū existimam⁹. his eñ medijs duximus viros bonos ad v̄tutez alliciendos. q̄ cū v̄tutū suaꝝ aliqua se viderint p̄mia ꝯsecutos. eo facili⁹ ad meliora sp accendant. iij Nō vt aptius ista in te affectio nr̄a patescat. vacāte nūc ticinensis pontificatus sedes. te p̄ter omīs duximus huic pōtificio muneri p̄ficiendū. vt hoc sit tibi animi nr̄i firmissimuz monumentū His igit lr̄is nr̄is declaram⁹ te hui⁹ eccl'ie papiensis ep̄m benemeritū. rogamusq; vt hoc munusculū nr̄m grato animo suscipe velis. donis mlto sit tuis meritis inferi⁹ Sz post hac si dabit facultas. vt merita possim⁹ v̄tutib⁹ tuis p̄mia ꝯdonare. senties ꝑfecto nos tanti sapiaz et doctrinam tuā existimasse q̄ti ab oīb⁹ existimāda erat. cui etiā volum⁹ omēz opaz nr̄az. in oīb⁹ optatis tuis esse paratā. Date mediolani. in nr̄o duacli palatio. anno salutis. M. cccc. lxxxvij.

Mixtum genus. Caput vicesimum

Ixtum gen⁹ est illd. qd fit q̄tienscunq; secundum diuersorū negocioꝝ exigentiam. in vno lr̄aꝝ volumine diuersorum geneꝝ ep̄le continent. et hui⁹ generis sp̄es sunt due. nam ex duob⁹ generib⁹ est mixta ep̄la aut ex pluribus.

Mixta

Ex duobus — Ex pluribus.

Mixta ep̄la ex duob⁹ generibus est illā. que duo genera tātum complectitur. vel etiam duas species. de his. que superius exposite sunt. cuius epistole talis est regula.

Regula

Si mixtam epl'az ex duob⁹ generib⁹. vł plurib⁹ spēbus . ad aliquē amicuz scribere voluerim⁹ illaz principaliter in ptes duas diuidem⁹ In quaꝝ prima ponem⁹ eā ptē epl'e scribendam q̄ magis nobis videbit̄ eē necessaria. In scd̄a v̄o subiūgemus illā q̄ minorē in se et min⁹ necessariā causā habz. Sz tn̄ notare debem⁹. ꝙ in tali epl'a mixta solē⁹ in principio sp facere exordiū hoc mō. scz si epl'a fuerit p̄ncipalis ꝛ p̄mo scripta ad aicū. declaram⁹ ei tanq̄ꝫ exordiū. qd̄ cū nobis multa et varia ad eū scribēduz occurrent' p has lr̄as volum⁹ eum de omnibus admonere . et tūc pticulariter seruando ordinē oīm scribēdoꝝ. singula breuiter et dilucide exopnemus. Si vero secundaria fuerit epl'a. et responsiua. dicem⁹ in p̄ncipio nos recepisse ab aico nostro lr̄as. q̄ nobis gratissime fuerunt et qd̄ ad oīa illa pticulariter rescribem⁹. que videbūt̄ responsione digna. et tūc sil'r p ordinē ad oīa respondebim⁹: Si v̄o aliquid etiā nobis scribendū acciderit illud in fine epl'e scribemus. offerendo ipsi aico oēm opam nostrā. in omnibus paratam vt in aliis epl'is consuetum est.

Propositio.

Scribat excusatoriam simul et domesticam epl'as ad curionem Cicero. ip̄m de negociis suis admonendo.

Exemplum pars i.

Accepi abs te litteras Curio charissime. que licet mihi iucūdissime fuerint. cum ex illis intellexerim. de tua tuorumq̄ꝫ omniū salute. aliquid tn̄ molestie attulerunt. cum te videam me negligentie crimine suspectuz habere quod scz vt optabas sepissimas ad te litteras nō dederim et ꝑfecto quāq̄ꝫ hoc mihi molestum sit. quia me sentio ab omni penit⁹ culpa vacare. ē tn̄ aliquātuluz ex altera p te iucundū. cum hec p̄sertim litterarum mearum expostulatio. puū in amorē tuum ostendit Dabo igit̄ opam. vt quāuis neminem pretermiserim quem q̄dem ad te p̄uenturum putauerim. cui litteras nō dederim

te etiā in hoc scribendi genere expleā p̄sertim si videro offi-
ciū meū abs te nō vilipēdi Sed de lr̃is hacte⁹ ꝟ Scrib
ad me vt de negocio tuo te certiorē reddā. scias nos die no-
ctuq; laborare vt expediat. ꝟ ē tāta aduersarioꝝ tuoꝝ īiq̄tas
vt res sp̄ sic ipis cogētib⁹. in longū ꝓtrahat. speramus . tn̄
vt demū in fracta ipsoꝝ iniquitate tuā sis dignitatē retētur⁹
Q̄d aūt scribis. vt ad te libros iuris ciuilis transmittā. Fa-
ciam id eq̄dē libētissie . ꝟ q2 ꝓpter hec bella intestina. q̄ adhuc
sedata nō sunt. null⁹ hinc potest nunci⁹ tuto discedere . ex-
spectabis ad paucos dies. quousq; pax q̄ īt ptes tractat ad
ꝯclusiōz veniat. tūc voto tuo securi⁹ ⁊ meli⁹ satisfiet Si q̄d ē
aliud qd̄ mea tibi opa ꝓdesse possit tuū ē iubere meū aūt mā
data tua ꝗlibētissie exequi Uale. Mixta ex plurib⁹
Mixta epl̃a ex pluribus est illa q̄ plura in se genera ꝯplecti-
tur vel plures diuersas spēs . cui⁹ epl̃e breuiter talis ē regl̃a.

Regula

Si voluerim⁹ epl̃az mixtā ex plurib⁹ ad aliquā p̄sonā scri-
bere. illā in tot ptes diuidem⁹ q̄t erūt genera. vl̃ spēs epl̃aꝝ
ex q̄b⁹ ipa erit ꝯposita. et tūc a maiore sp̄ et maioris momēti
incipiem⁹. p̄ oīa seruādo regulā suā. ꝓut in suo capitulo de-
claratū est. deinde ad ꝓpinquā descendē⁹. deinde ad minorē
donec oīs reꝝ scribendaꝝ nūerus ꝯpleat. sp̄ in oīb⁹ ꝟuando
regulā suā. sicut in suo loco supius fuit definitum Sed illud
addere debemus. quod semp̄ est faciendum aliquod exordiū
in tali epistola. p̄ quod declaremus ea generaliter que scribe
re intendimus. vl̃ saltē vt p̄ ipsum demus aliquem introitū
ad ipsam epistolam ꝯponendā. In fine p̄terea epl̃e adiungi⁹
obligationes consuetas. addendo etiā. si nobis videbitur ex-
positionem alicuius negocij nostri. quod ad ipsum amicum
scribere intendimus que negotia. nisi fuerint alicuius magni
momenti. sunt semp̄ postponenda. quia amicoꝝ cause sūt pri
us recitande. et expediende. q̄ ꝓprie. vt videamur ipoꝝ ne
gotia magis cordi habere q̄ nostra.

Propositio
Scribat consolatoriam simul. et grauem. ac domesticā eplaꝫ ad pompiliū marcus curius.

Exemplum pars i°

Intellexi pompili charissime ex amicoꝝ nostroꝝ lr̄is q̄ mihi dieb⁹ istis reddite fuerūt. p̄rem tuū viꝝ optimuꝫ ex hac vita decessisse. qd̄ mihi ꝑfecto tanto molesti⁹ fuit quanto mihi tu carior es. cui⁹ ego existimo omnē fortunā mihi esse ꝯmunem hanc ideo calamitatē tanq̄ ꝓpriā existimaui. Et cum ex altera pte ꝯsidero. quā bene natus fuerit. q̄ optime educatus q̄b⁹ honorib⁹ inter ceteros sui ordinis viros functus. quā facili morbo correptus. et dū tp̄us erat. vt nature ꝯcederet quam sanctissime mortu⁹. certe nihil est qd̄ doleā. ymo vere potius decet. vt deo maximo gratiā habeam⁹. q̄ ꝑus illuꝫ tantis muneribus donauit. deinde placidissima morte nō ad tenebras. Et de tenebris ad luceꝫ reuocauit. ij Sꝫ his omissis ad ea veniamus. q̄ ad nos magis attinent. Scias dieb⁹ istis senatu nr̄o nunciatum fuisse. samnites maxim cō̄ remp. nr̄aꝫ exercitū ꝑparasse. ac quottidie in agrū nr̄m incursionem facere vnde centuriatis comitijs celebratis. decreuerūt p̄res. vt cōtra hostes arma sumāt eiq; rei pompeiū nr̄m ꝑposuere. q̄ ꝯsilio sapia et auctoritate nemini cedēs facillime possit rem istā cōficere Tu si me audies ex cumano tuo q̄ p̄mū in vrbē venies ne tumultuario bello ingruente aliq̄d dāni patiaris iij. Qd̄ scribis vt a debitorib⁹ tuis pecunias exigam. ꝑficerem illud ꝑfecto libentissime. Et in hoc taꝫ graui tumultu neq; forensiū causaꝝ. neq; senatorie actiōis ampli⁹ loc⁹ ē q̄usq; res ad aliq̄d meli⁹ tendāt Sꝫ hoc vnū tibi audeo scribē qd̄ si te ad nos q̄ p̄mū ꝯtuleris nō solū poteris ꝑuatis Et etiā publicis fortasse reb⁹ nō mediocre subsidiū ferre qd̄ vt facias te hortor rogo ⁊ moneo tibi tñ nūq̄ defuturā opā meā polliceor. vale

Elegantie diffinitio ac regule que ad
supiores eplas faciunt Libellus scd̄us

Elegantia est venusta verboꝝ ꝯcinnitas. dulcem au ribus afferens sonum. Cui⁹ quidem generales re- gule sunt triginta ¶ Prima regula.

Laudabitur illa oratio. que obliqua dicitur. et a posterio- ribus incipiēs dictionib⁹. in v̄bū sepi⁹ ꝙ in aliā orōnis ptē finiat. vt cesar adeptus ē monarchiā impij sūmis viribus qd̄ elegāti⁹ dicit̄. sūmis virib⁹ impij monarchiā cesar adept⁹ ē.

¶ Secunda regula.

Commendabit̄ ꝙ orō q̄ dictionē habeat vniuersalē affirma tiuā vl̄ negatiuā in fine vel aliquid insigne nomē vl̄ aduer- biuz. Exemplū pmi Omnes laudāt ea. que vir bonus facit qd̄ venusti⁹ dicit̄. Que vir bonus facit. laudant oēs Exem̄ secūdi. Ego neminē habeo. quē magis diligā te qd̄ pulchri⁹ dicit̄ Quē te magis diligā. habeo neminē Exempluz tercij Egregia sunt ea que scribis ad me. qd̄ concinnius est. Que ad me scribis sunt egregia. Exemplum quarti Ego omnia diligenter perfeci. que iussisti mihi. qd̄ eloquentius dicitur Que mihi iussisti. perfeci omnia diligenter.

¶ Tercia regula

Nomē adiectm̄ elegantius substantiuo ꝓponitūr. vt virtus sūma imperiū magnū consiliuz vtile. meli⁹ em̄ dicit̄ summa virtus. magnū imperiū vtile consilium et huiusmodi.

¶ Quarta regula

Inter adiectm̄ et substantm̄ semp aliquid est interponenduz vt maxia virtus cesaris summa laude semper extollenda est quod elegantius dicitur maxima cesaris virtus summa sem- per laude extollenda est

¶ Quinta regula

Quotiēscunqꝫ ab apposito alicui⁹ verbi secundarij orō inci piat qd̄ subito relatm̄ sequat̄ eleganti⁹ int̄ relatm̄ et añs secū dariū verbū ponit̄. vt Eneū pōpeiū q̄ romanoꝝ auxit impe- rium. sumope diligo Venustius em̄ dicit̄ Eneum pompeiū sumope diligo. qui romanū imperium auxit.

¶Sexta regula

Si fuerit relatiuũ in obliquo casu positum. venustius antecedens in relatiui casu positum postponet᷑. vt v̄tutes . quib⁹ ab ineunte etate studuisti. immortalitati nomē tuuz commēdabunt. qđ elegãtius dicit᷑ Quib⁹ v̄tutib⁹ ab ineunte etate studuisti. immortalitati nomē tuũ commendabunt.

¶Septima regula.

Quando est aliqđ substantiuũ. cũ p̄positione aliqua iunctuz qđ sit de natura p̄cedentis vel subsequentis clausule. p̄positionē in relatm̃ vertim⁹. et verbũ substantm̃ adiũgim⁹. vt pro tua humanitate. mł'ta in me bñficia ɔtulisti qđ eleganti⁹ dicit᷑ Que tua hũanitas ē mł'ta i me bñficia ɔtulisti. ⁊ sic in ceteris

¶Octaua regula

Sepi⁹ relatm̃. qđ v̄bo p̄mario additũ ē ad secũdariũ trãsferi⁹ vt cicero. q̄ eloquẽtissim⁹ fuit. ceteris oratorib⁹ in dicẽdo p̄stitit. qđ eleganti⁹ dicē⁹ Cicero eloquẽtissi⁹ fuit. q̄ ceteris oratorib⁹ in dicẽdo p̄stitit.

¶Nona regula

Si aliqđ habuerim⁹ vel nomē vel aduerbiũ in signe elegantius illud cũ q̄dez vel idē p̄noīe postponem⁹ Exemplũ p̄mi Marc⁹ tullius orator singularis fuit Qđ venusti⁹ dicitur Marc⁹ tulli⁹ orator singularis fuit. et q̄dez singularis Exemplũ scđi Que mihi iussisti oīa libẽter p̄feci. et quidē libent᷑

¶Decima regula.

Sicut in mediocri stilo dicendi a re nuda pri⁹ incipe oportet. deinde illã exornare. Sic in stilo graui. ab ex ornatu initium sumere debem⁹ Exemplũ p̄mi Pompeius omniũ romanoꝝ tum armis tum consilio facile princeps fuit. Exemplum secundi omnium romanoꝝ. tum armis tum ɔsilio facile princeps magnus pompeius fuit

¶Undecima regula

Genitiuus casus semp̱ ceteris preponitur. vt Consiliũ optimi viri qđ elegantius dicit᷑ Optimi viri consilium

¶ Duodecima regula

Si gerundiū verbum habuerim⁹. cum suo apposito. apposi-tum illud in gerundij casu ponem⁹. ac ambo inuicem ꝯcor-dabi⁹ vt Ueni gracia amandi virtutē qđ venustius dicitur Ueni amandi virtutis gratia.

¶ Terciadecima regula

Si fuerit aliqđ relatiuū inter duo substātiua. illud poti⁹ cū sequenti ꝙ pcedenti ꝯcordam⁹. vt Est loc⁹ in carcere. qđ tul-lianū appellatur.

¶ Quarta decima regula

Si dictionis alicui⁹ significationē augere volum⁹. positiuo per aut ꝑ quā. ꝯpatiuo longe. suplatiuo aūt ꝙ iūgere debe-mus Exemplum oīm Per beat⁹ vł ꝑ quā btūs fuit cesar. sed longe beatior augustus. ꝙ beatissim⁹ autem trayanus

¶ Quinta decima regula.

Noīa greca tcie declinatiōis. si ꝑ os sillabaȝ gtīn fecerint ad secundā declinationē referūt. vt Delphin delphinis Del-phinus delphini. Elephas elephantis. Elephāt⁹ elephanti.

¶ Sexta decima regula

Si aliquod adiectiuū habuerim⁹. significans laudem vł vi-tuperium. vtile vel inutile. illud potius in datiuū substātiui vertemus. cū Sum es est. vt v̄tutes sunt mihi iucunditati.

¶ Decima septima regula

In rebus paribus. tum vel et geminatū ponim⁹. in impari-bus vero cum et tum. sed leuius ꝓponitur Exemplum primi Cicero tum laude tum rerum scientia valet. vel Eneas et fortis et pius fuit. Exemplum secundi Cesarem plurimum tum populus. tum senatus affirmat.

¶ Decima octaua regula

Si aliquaȝ ꝑsonā aut laudare. aut vituperare voluerimus id tripariam facere poterimus. aut cum genitiuo. quod ma-gis poeticū est. vt Marcus cato est vir magne virtutis aut cum nominatiuo et ablatiuo. vt Marc⁹ cato vir ē magnus v̄tute. aut cū ablatō solo. vt Marc⁹ cato vir ē magna v̄tute

¶Decima nona regula

Sepenumero verbū infinitū vertem⁹ in participiū tām ablatiui q̄ꝫ accusatiui casus si verbū aliqđ p̄cedat Exemplū p̄mi Mihi opus ē consulere. qđ melius dicitur. Mihi consulto opus est. Exemplū scđi Bonā tibi fortunā inuenire curabo qđ venustius dicit̄ Bonā tibi fortunā inuentā curabo

¶Vicesima regula

Cū adiectiuū ⁊ substantiuū. in eodē casu posita acciderint substantiuū in gt̄o casu ponem⁹ adiectiuū vero in eo casu. in quo poni debet. ꝑ in nūero singulari et genere neutro locamus vt multū pecunie Parum sapientie. Aliquid litterarum.

¶Vicesima prima regula.

Cum duob⁹ substātiuis idē adiectiuū adijci debeat. adiectiuū in p̄ncipio oꝛōis collocam⁹ et substātio tū ⁊ vl' cū geminato postponim⁹. vt Cesar fuit magnus vir et magnus impatoꝛ qđ oꝛnati⁹ dicitur Cesar fuit magnus et vir et impatoꝛ

¶Vicesima secunda regula.

Cum adiecm̄ et substantiuū sil' fuerint. quoꝝ substantiuū ab adiectiuo foꝛmatuꝫ. fuerit diuerse significationis a p̄mo substantiuo. in duo sunt poti⁹ substantiua transferēda. vt cauēdū est ne ab honestate naturali discedamus qđ meli⁹ dicitur Cauendū est ne ab honestate naturaq; discedamus

¶Vicesima tercia regula.

Cum gerundiū accusatiue vocis habuerim⁹ potius illud in supinū ablatiue vocis transferam⁹ . vt Hoc est mirabile ad videndum qđ elegantius dicit̄. Hoc est mirabile visu

¶Vicesima quarta regula.

Si aliqđ suplatiuū durius acciderit. ꝓ eo positiuū ponem⁹ ac ei aduerbiū suplatiuū addemus. vt necessarijssimus quod elegāti⁹ dici⁹ . maxīe necessari⁹ ¶Vicesima q̄nta regula.

Si aliquē maximope laudare vel vituperare voluerimus laudationis vl' vituperationis causā in genitio cōstituem⁹ ac huiuscemodi noīa. splendoꝛē. fulgoꝛem. gloꝛiam vel lau-

dem. vitium facimus. crimen aut scelus addemus. Exemplū pmi. M. antonius plurimū eloquētia valuit. qd melius dr̄ Marcꝰ antoniꝰ plurimū eloquētie gloria valuit. Exm̄ scdi Lutius catilina ꝯiuratione dānatus est qd elegantiꝰ dicit Lutius catilina ꝯiurationis scelere damnatus est.

¶ Vigesima sexta regula

Quociens noīa singularis vel pluralis et singularis nūeri ꝯnectunt. viciniori sp respondenduz est. Si vero plis nūeri fuerint ad nobiliꝰ trāseundū erit. Exemplū pmi Cesar resq publica romana merito pompeio infesta fuit. Exemplum scdi Exercitꝰ nostri romanorūq turme turpiter fugati sunt.

¶ Vicesima septima regula.

Non nunq̄ comparatiua pro positiuis ponuntur. vt vehe-hementius pro vehementer. et sepius pro sepe.

Vicesima octaua regula

Subiunctiuꝰ modꝰ. elegantiꝰ ꝓ indicatiuo ponit. vt velim pro volo. fecerim pro feci. ¶ Vigesia nona regula.

Si v̄bum subiunctiuū habuerimus. cum q̄ coniunctione ea remota. elegantiꝰ illd ad infinitū reducemꝰ. vt gaudeo q̄ tribunitiā. ptātem ꝯsecutus fueris. qd melius dicit. Te tri-bunitiā potestatē cōsecutū fuisse gaudeo. ¶ Tricesia regl'a

Cum aliqd adiectm̄ exornare voluerimꝰ. ꝓferemꝰ illud p suū oppositū. addita negatione. vt Cicero fuit litteraꝝ peritꝰ qd elegantiꝰ dicitur Cicero fuit haud nescius litteraꝝ

¶ Tituli vnicuiq psonaꝝ ordini tribuendi. secūduz earum conditionem Libellus tercius.

Titulus est epitherū vnū vel plura. que taz in episto larum fronte q̄ in tergo. vnicuiq psonaꝝ conditi-oni accōmodari solent. quoꝝ regule sunt decem et octo.

¶ Ad summū potificem. Prima regula.

Pontificē maximū. summū. romanū. dominici gregis pasto rez sacroꝝ antistitē christiani cultꝰ moderatorē. christiani no minis vexilliferum. prēz diuū. clemētissimū. sanctissimū. tu-

tissimũ.beatissimũ.amplissimũ.pientissimũq̃ dicẽ⁹. Cui talẽ
in lr̃aꝝ tergo titulũ dari licebit. Diuo paulo scđo dominici
gregis pastori pientissimo. romaneq̃ basilice põtifici maxio
optioq̃. In eplẽ aũt medio ei⁹ clementiã. sanctitatẽ. beatitu-
dinẽ. amplitudinẽ. pietatẽq̃ appellabi⁹. Summ⁹ aũt põtifex
minores q̊scũq̃ pontifices fratres. reliquos aũt filios p lr̃as
publicas appellabit. Vñ ad pontifices scribens inferiores sic
in lr̃aꝝ fronte ꝓfatur Paul⁹ scđus diuino dei nutu. ouilis
dominici custos designatus dilectis fratrib⁹. germanis epĩs
salutẽ et aplĩcam bñdictionẽ Cesarẽ ṽo sic aggrediet̃. Pau-
lus scđ⁹. diuina dispositiõe xp̃iani cult⁹. moderator. dilecto fi
lio friderico tercio romanoꝝ impatori. augusto faustoq̃ sa-
lutẽ et aplĩcã bñdictionẽ Scismaticos aũt gentilesq̃ huiusce
modi titulo salutabit. Paul⁹ scđ⁹ dei gratia christiane
plebis antistes. machumeto'. turcoꝝ regi maximo. sanioris
mentis spirituꝫ rectiusq̃ consiliũ exoptat.

¶ Ad minores pontifices. Secunda regula.

Pontifices mĩores. cardinalẽ. patriarchaꝫ. archiepm̃. epm̃
ꝓthonotariũ. abbatẽq̃ appellabi⁹. q̊b⁹ hos titulos adiciẽ⁹
Põtificẽ nanq̃ mĩorẽ in ptẽ dñici gregis ascitũ amplissimuꝫ
venerãdissimũ. obſuandissim. pientissimũq̃ dicentes. talẽ in
eplãꝝ tergo. Si cardinali scribendũ erit. tituluꝫ assignamus
Petro fuscato. titulo diui nicoleo. cardinali. põtifici prĩ piẽ-
tissimo obſuantissioq̃. In eplẽ aũt medio ei⁹ ãplitudinẽ. ob
ſuãtiã. ꝓstantiã. pietatẽq̃ appellabi⁹. Si pr̃iarche aũt. aut
archiepõ. vl' epõ scribere volueri⁹. sic in lr̃aꝝ tergo dicemus
Laurentio zani. anthiocheno pr̃iarche obſuantissio. prĩ nõ
mi⁹ piẽtissimo. q̃p venerãdo. In eplẽ aũt medio eisdeꝫ ferme
et supiorib⁹ titulis vtemur Prothonatariũ ṽo in lr̃arũ
tergo sic aggrediemur. petro dandulo. rõne basilice ꝓthono
tario. nõ mi⁹ accuratissimo. q̃p fideli dño singulari.
Abbates p̃terea, et reliq̃ sacerdotes. tali in eplãꝝ tergo sunt
titulo decorandi. Petro cornelio diui francisci cenobitaruꝫ

antistiti. et religioso et optio Itez petro nigro. diuo iuliano dicate edis antistiti. flamini pientissio optimoqz. In epistole aūt medio reuerentiā diguitatē. p̄rnitatē appellabimus.

¶ Ad cesarem Tercia regula

Romanoꝝ impatorē. diuū cesarē cesareā maiestatez christiane reip. tutorē vexilliferūqz triūphatorē. p̄rez patrie. augustū inuictissimū. faustissimū pientissimūqz dicē⁹ Cui tales i epl'arum tergo tituli tribuunt̄ Friderico tercio. diuino afflāte spiritu. romanoꝝ impatori. cesari augustissimo faustissioqz In epl'e vero medio maiestatem. serenitatem. amplitudinem. potestatem celsitudinemqz appellabimus.

¶ Ad regem vel minorē principem Quarta regula

Regem ducem. principē q̄z. ac comitē regie vel ducalis celsitudinis siue dignitatis decus. heroicaꝝ cultorē v̄tutū principatus ornamentuz. regij culminis splēdorē. et vnicū firmamentū christianissimū. potentissimū. magnificentissimū. magnanimū fortissimū. inclitū felicissimū. serenissimuz. illustrissimūqz appellabi⁹. cui tales in eplaꝝ tergo titulos adijciemus Carolo triplicis gallie regi christianissio regijqz culmis splēdori serenissio. illustrissioqz In epl'e v̄o medio. maiestatē. serenitatē. celsitudinē. potentiā. amplitudinē. magnanimitatem felicitatēqz dicē⁹

¶ Ad equitē aureatū. Quita regl'a

Equitē. equestris ordis viꝝ. milicie dec⁹. reip. columē. patrie spem āplissiaz. fidissimāqz. splēdidissimū generosū. excellētissimuz. clarissimū. inclitū. magnanimū. potētez. fortē strēnuissimūqz dicē⁹. Cui in litteraꝝ tergo hos titulos tribuē⁹ Bernhardo iustiniano splēdidissio equestris ordinis viro patricio veneto. milicie decori reiqz publice firmamento In epl'e v̄o medio. splendorē generositatē. excellentiā claritatē. strēnuitatēqz appellabi⁹.

¶ Ad patricium. Sexta regula

Patriciuz. senatorii ordinis viꝝ senatorem. magnificum. spectatissimum. nobilē. generosū. ornatissimum clarissimum insignem spectabilē. integerrimum. prudentissimum. sapientis

fimumq3 dicemus. Cui in eplaꝝ tergo hos titulos dare licebit Johanni fuscareno. patricio. veneto senatorijq3 ordinis viro integerrimo optimoq3 In eple ṽo medio magnificentiã spectabilitatẽ. nobiltatẽ. generositatẽ. claritudinẽ. integritatẽ. prudẽtiã. sapiãzq3 dicẽ⁹. Illud quoq3 annotatione dignũ censem⁹. Nõ tñ patricios. veꝝ et ꝯsulares q̃scunq3 viros vrbiuz. p̃fectos. ꝓcõsules. p̃tores. honorat facib⁹ decoratos necnõ et ceteros magistrat⁹. his plerũq3 titulis nõ absurde salutãdos. vt supius dixi⁹. ¶ Ad plebeios Septima regla Plebeios viros tripartitos regimus. aut eñ maiores sunt aut medioximi. aut minores.

¶ Maiorẽ plebeiũ. spectabilẽ. sapientẽ. prestantẽ. p̃cipuũ singularẽ. officiosum. ꝯsumatũ viꝝ. integerrimũ. ornatissim bñficentissimũ. spectatissimũq3 dicem⁹. cui in eplaꝝ tergo tales titulos adijciem⁹ Jacobo philetio plebei ordinis viro p̃cipuo ac singulari. In eple ṽo medio spectabilitatẽ. sapientiam p̃stantiam. integritatẽ. bñficentiãq3 appellam⁹

¶ Medioximũ plebeiũ. egregiũ prudentez. hũanissimum benignissimũ. ꝓbissimũq3 dicemus Cui in litteraꝝ tergo tales titulos dabim⁹ Hieronimo malathenο plebei ordinis viro humanissimo. ꝓbissimoq3 In eple vero medio prudentiaz. humanitatem benignitatẽ ꝓbitatẽq3 appellabimus

¶ Minorẽ aũt plebeiũ discretũ moratũ industriũ solertem expertũ diligentissimũq3 viꝝ obsequentem accuratum fidelissimũq3 dicem⁹ Cui in eplaꝝ tergo tales titulos tribuem⁹ Antonio pecino architecto viro tam industrio q̃ accurato In eple ṽo medio. ĩdustriã. solertiã. diligẽtiã. fideq3 di¶cẽ⁹

¶ Ad studiosos. viros ⁊ p̃mo ad theologũ. octaua regula Studiosos viros oẽs appellamus q̃s cuicunq3 sciẽtie deditos scim⁹ quoꝝ titulos ꝑ ordinẽ suisq3 locis ordiabim⁹ Et primo de theologis Theologum igitur diuinarum humanarumq3 rerum interpretez. sacraruz litteraꝝ cultorẽ sacre pagine ꝓfessorẽ diuini cultus moderatorẽ. diuine volũ

tātis expositorē.sapientissimū.eximiū.excellentissimu z. diui=
numq; dicē⁹ Cui tales in lrāꝝ tergo titulos dabi⁹. Paulo
ꝑgulensi.sacre pagine ꝓfessori.tā sapientissimo q̄ꝫ diuinissīo
In eplē vero medio.sapientiam.excellentiam dicemus.

¶ Ad iureconsultum Nona regula.

Iure consultum diuinaꝝ hūanaꝝq; reꝝ interp̄tem.pōtificij
vl' cesarei iuris doctorē vl' lozicā.diuini vl' hūani iuris mode
ratorē vtriusq; iuris ꝓfessorē.iure ꝯsultorē ꝯsultissimū.sapi=
entissimū.optimū.eximiū.excellentissimū.equissim.integerri=
mūq; dicē⁹ Cui in eplāꝝ tergo tales titulos dabi⁹. Alexan=
dro neuo. diuinaꝝ hūanarūq; legū interp̄ti tā excellētissimo
quā equissimo. In eplē aūt medio sapiaz ꝓbitatez. excellē tiā
eq̄tatem.integritatemq; dicemus.

¶ Ad medicum Decima regula

Medicū hūane salutis moderatorē.tutorē.ꝯseruatorē auxi
liatorē.remediūq;.medice artis ꝓfessorē.morboꝝ curatorez
egritudinū ꝓpulsatorē.accuratissimū.promtissimum exꝑtis=
simum.diligentissimumq; dicemus Cui tales in eplāꝝ tergo
tituli assignanť. Gerbardo veronēsi medice artis professori
tam accuratissimo q̄ꝫ doctissimo. Sz in eplē medio. sapientiā
excellentiam doctrinam dicemus.

¶ Ad philozophū.dialeticūq;. Undecima regula.

Philozophū.sophie filiuz.nature exploratorē.causaꝝ specu
latorē.sapiē amatorē.filiūq; sapientissimū.modestissim. excel
lētissimū grauissimū. acutissimū. speculatissimūq; dicem⁹.cui
in eplāꝝ tergo tales titulos tradem⁹ Antonio cornelio phi=
lozopho excellētissimo.natureq; exploratori.nō min⁹ acura=
to q̄ꝫ acutissimo. In eplē aūt medio sapiaz.modestiā.excellē
tiā.grauitatē .speculationē.acumenq; dicemus.

¶ Ad mathematicū. Duodecima regula.

Mathematicuz aritbmetrice.vl' geometrie.vl' sideralis scie
ꝓfessorē.fatoꝝ .expositorē.diuini numinis conscium.siderū
speculatorem.phetontei cursus exploratorem.vel immobilis
magnitudinis metitorē.vl' discrete quātitatis supputatorem

acuratissimū subtilissimū. acutissimū. prudentissimū pspicacē excellentissimū. diuinū. sapientissimūqꝫ dicemus ¶ Cui tales in eplaꝝ tergo tit uli assignātur Dñico bragadeno. mathemati ce artis ꝓfessori. nō min⁹ acuratissimo ꝙ doctissimo In epi= stole vo medio acumē subtilitatē. prudentiā. sapientiam. ex= cellentiam. perspicacitatem dicemus

¶ Ad musicū. vatemqꝫ. Terciadecima regula

Musicū. vatemqꝫ eisdē ferme titulis decorā⁹. celestis armo nie imitatorem appellātes. pieridū filiū. musaꝝ alūnū. appolli= ni sacratū. thespiadū. choro dicatū hippocrenidū choro sacra tuꝫ. pegasidū amicū. libetridū cultorē. pegaseo liquore satu= ratū. lauro insignē. pallida decoratuꝫ hedera. pireneo fonte potū. castalij fontis domesticum. parnasij fluminis nō ignarū cephisi gurgitis vł fluminis nō exptem. heliconie rupis aco= lam. parnasij nemoris exploratorē. cirrhei iugi nō alienum aonij mont habitatoreꝫ. phebei numinis interptē. testudinee lyre moderatorē. nouenaꝝ soroꝝ decantatorē. parnasie edis ciuē. sacrū. diuinū. elegantissimū. facūdissimū. suauissimū. iu= cundissimū. ornatissimuꝫ canoꝝ. sonoꝝ. argutū. decētissimuꝫ celebratissimū. expolitissimū. altisonū. dulcisonū. mellifluūqꝫ dicem⁹ ¶ Cui in eplaꝝ tergo tales merito titulos tribuemus Iohāni mario philelpho musaꝝ cultori tam ornatissimo ꝙ eleganti In eplē vero medio. diuinitatē. elegantiā. facūdiaꝫ suauitatē. ornatuꝫ integritatē. nobilitatē. excellentiāqꝫ dicē⁹.

¶ Ad oratorem Quartadecima regula

Oratorē forensiuꝫ causaꝝ. latini eloquij moderatorē. pede= stris orōis dec⁹. pñe ligue vnicū splēdorē. reip. ꝯsultorē sctāꝝ legū asseruatorē. canorā vtut tubā. rōne lingue dec⁹. facun dissimū. disertissimuꝫ. eloquentissimū. elegantissimuꝫ. limatis simuꝫ expolitissimuꝫ. aūtissimuꝫ. copiosissimuꝫ. ꝗuissimūqꝫ dicē⁹. cui i eplaꝝ tgo tales titłos dabi⁹. Bñdicto brognolo oratori facundissio. rōneqꝫ ligue moderatori disertissio. elo= quētissioqꝫ In eplē vo medio. facundiā. elegantiā. eloqntiaꝫ ꝗuitateꝫ. nobilitatē. pstantiā. excelentiā. integritatemqꝫ dicē⁹.

44

¶ Ad grammaticum. Quartadecima regula.

Grāmaticū. reip. litterarie columē. latini sermonis explorat-torē humani studij pncipē. litterarie discipline moderatorē auctorem poetarūq3 interptem. humani codicis expositorem latīe originis exploratorē. humanissimū. accuratissimū diser-tissimū. ornatissimū. copiosissimū. doctissimūq3 dicē⁹ Cui tles in litterarū tergo titulos dabi⁹ Pōponio rōno vtusq3 ligue moderatori tā hūanissio q̄ ornatissio In eple aūt medio. hu manitatē. elegantiā. eloquētiā. doctnā. excellentiā. nobilitatē pstantiam. integritatemq3 dicemus seu appellabimus.

¶ Ad scolasticum Sextadecima regula

Scolasticum quenq3 de vtute bñmeritū. litterarie discipline dicatū. vtriusq3 vtutis florib⁹ ornatū. lrarū haud exptē. bonarū artiū studiosissim. eruditū doctū. studijsq3 dec⁹ hūani dicem⁹ Cui tles i eplarū tgo titulos dabi⁹ Jacobo cōtareno vtusq3 vtutis cultori. tā studiosissio q̄ accuratissio In eple vo me-dio. humanitatē. elegantiā. eloquentiā. doctrinā. excellētiā nobilitatem. pstantiā. integritatemq3 dicemus.

¶ Ad cognatos Decimaseptima regula

Pater. filium. vel nepotem. charissimū. dulcissimū. pientissi-mū. dilectissimū. lepidissimum. suauissimūq3 appellat Filius aūt patrem. vl patruū. honorandū. obsuandū. pientissimum pbissimū. humanissimū. venerandū. colendumq3 dicit. qui bus tales in eplarū tergo tituli tribuunt Fili⁹ ad patrē Pe-tro cornelio. prī suauissimo pientissioq3 Pater vo ad filium Johanni cornelio. filio charissimo. suauissimoq3 In eplarū aūt medio. pater ad filium pietatē. caritatē. amorē. beniuolen tiamq3 appellabit Itidem filius ad patrem sc3 paternitatem obseruantiam dignitatem pbitatemq3 dicere solet.

¶ Ad feminas. Decimaoctaua regula

Feminam. castitatis decus. pudicitie exemplum. honestatis speculum. pudicissimā. castissimā. integerrimā. honestissimā primariamq3. dicemus. Cui in eplarū tergo tales titulos da

bim⁹. Lucretie cornelie. [illegible] pri[illegible]rie. integerrimeq;. In
eple vo medio. hon[illegible] dic[illegible] castitaté. integritatemq;
appellabi⁹. Illō aūt sciē[illegible]. qō [illegible]e viroꝝ suoꝝ titulis deco-
rande sūt. Proinde ex supiorib⁹ scōm rei psōeq; exigentiaz
nō tantū in hoc sexu. verūtiaz in altero. vir accuratissi⁹ q̄sq;
ex se poterit ꝯdecētes titulos assignare. et maxie q2 mlti sūt.
q̄b⁹ diuersi sūt attribuēdi tituli ꝓpter variā eoꝝ cōditionem

Peroratio

Jam annuente deo magnifice. Jacobe. ad poptatū finez de-
ductum est op⁹ nr̄m. qō eo libentius pfeci. qō ⁊ illud magni
ficentiā tuā maxie poptari intelligebā. et plerosq; etiaz hui⁹
noue artis mee pcupidos videbā. q̄bus oib⁹ satiffaciendū eē
duxi Et tibi p̄cipue quem ego et amo ⁊ mirifice obseruo Nā
cū tua in me bn̄ficia memori mente reuoluo. quibus me non
solū exacto tpe assidue affecisti. s etiā quotidie afficere nō des-
sinis. sp ꝯsidero quo nam potissimū pacto tue possim volū-
tati morē gerere Et mihi profecto gratissimū iucūdissimūqz.
sp accidit. qnicq̄d p tua dignitate eciam cum maxio labore
meo reddere possum. Nec id quidez iniuria cū eñ magis ma
gisq; indies emolior. vt tecū bn̄ficijs certare possim tu magis
magisqz adeo rn̄des. vt me sp benignitate ac libertate et mu-
nificentia a te victū esse fatear necesse sit. Et merito illud poe
ticum figmentum in te compleri video. qō illi simplicē dicūt
charitatē. duplices sp sorores remittere solitaz Tu eñ nūq̄
vnicā euphrosinē meā recepisti quin illi eglen thaliāq; cū sū-
ma bn̄ficentissie remiseris Hinc ortū est. vt non ego soluz q̄
inter ceteros oratores siue poetas minim⁹ suz appellādus s
et ceteri q̄q; oēs. qui tuā hanc libertatem agnoscunt quottidie
meditentur quibus potissimum sis muneribus afficiendus
Suscipe igitur leto vultu exhilariqz facie que tibi munera
damus Et fac vt nostri memor sis. qui maximo cupim⁹ ar-
dore. vt aliquando intelligas. hanc tibi etiam animā nostraz
perpetua seruitute dicatam esse. Vale.

Jacobus geroldus scyrus Entrelfeldensis. bonaruz artiuz Doctor. ac patauine achademie moderator. Excellentissimo doctori Francisco nigro; veneto tam oratorum q̄ poetarum principi felicitatem.

Excogitabam mecum ipse diebus istis Francisce charissime quonam potissimum pacto tibi possem. si nō maiores. pares tamen. pro tantis in me beneficijs tuis gratias referre. Nā agere quidem satis posse ꝯfidebam. sed non in ṽbis consistit humane societatis conseruatio. Ast potius in beneficiorum multorum vicissitudine. Et profecto nihil reperire poteram ꝑstantia dignum ex quo intelligeres animum meum tibi esse gratissimum Sed cum in hac diutius dubitatione manerez Superueuit etiam prestantissimum opus tuum. mihi nuper rime dedicatum. In quo tum facundissime. tumqz copiosissīe nouam epistolarum componendaruz artem inuenisti. vt nequeam profecto illam vel satis mirari vel etiam satis commē dare. Unde si prius mens mea dubia erat quo pacto possez pro tantis in me beneficijs tuis. tibi pares gratias reddere. nunc multo magis dubia relinquitur. nec penit⁹ scio. quēadmodum possim tanta beneficia etiaz summa animi mei gratitudine consequi. nam non est ad diuine huius beneficentie tue laudem. a mea remuneratione aliqua vel par vl' similis comparatio. hec em̄ fluxa et vana. illa vero stabilis et immortalis. et ideo non nisi ab in mortali corpore exequenda Proinde hoc est ad animum deferendum. quod suum erat corporis ꝑficere. Animus igitur qui ꝑ se immortalis est et diuinus. quod corpus tibi nec agere. nec referre potest. illud ꝑpetua ac memori mente. semꝑ habere pollicetur. Tibi igit' Francisce charissime p̄ter hanc immortalem apud me tui memoriam. si quid est. quod mea opera vti volueris. tuū est p̄cipere. meum autem iussa tua q̄ libentissime exequi. Uale.

Iste est Codex **Finit foeliciter:**

Emptus et datus pro [illegible] in medys anno 1521